1493 = Venezia

BIBLIOTECA
Pere Marés Oriol

R. 478581

Index primi libri homeliaꝝ bea
ti gregorij pape.


In illo tēpore. Dixit ieſus diſcipu
lis ſuis. Erunt ſigna in ſole ⁊ lu-
na. ⁊ ſtellis. ⁊ cetera. i
In illo tempore. Aſſumpſit ieſus
xij diſcipulos ſuos ⁊ ait illoſ. Ecce
aſcendimus hieroſolimā. ij.
In illo tempore loquente ieſu ad
turbas. Ecce mr̄ eius ⁊ fr̄s. iij.
In illo tempore. Miſſit ieſus. xij
diſcipulos ſuos dicens in viā ge-
tium ne abieritis. iiij.
In illo tempore. Ambulās ieſus
iuxta mare galilee. vidit duos fra
tres. ſymonem ⁊ Andream. v.
In illo tēpore. Cū audiſſet ioānes
in vinculis opera chriſti. vi.
In illo tempore. Miſerunt iudei
ab hieroſolimis. vij.
In illo tenpore. Exijt edictum a
ceſare auguſto. viij.
In illo tempore. Dixit ieſus diſci-
pulis ſuiſ parabolā hāc. Hō q̄dā
peregre ꝓficiſcens. ix.
Cum natus eſſet ieſus in beth-
leem iude. ⁊ cetera. x.
In illo tēpore. Dixit ieſuſ diſcipu
lis ſuis. Simile ē regnū celoꝝ the
ſauro abſcōdito in agro. xi.
In illo tēpore. Dixit ih̄s diſ. ſuis
Simile ē reg. ce. decē ꝟginibꝰ. xij.
In illo tēpore. Dixit ieſus diſcipu
lis ſuis. Sint lumbi veſtri. xiij.
In illo tēpore. Dixit ieſus di. ſuis
Ego ſum paſtor bonus. xiiij.
In illo tēpore. Dixit ieſus turbis
ſimilitudinē hāc. Exijt q̄ ſeminat
ſeminare ſemen ſuum. xv.
In illo tempore. Ductus eſt ieſus
in deſertum a ſpiritu. xvi.
In illo tempore Deſignauit do-
minus ⁊ alios. lxx. xvij.
In illo tēpore. Dixit ieſus turbis
iudeorum. Quis ⁊ vobis arguet
me de peccato. xviij.
In illo tempore. Dixit ih̄s di. ſuis
Simile ē reg. ce. hoī pr̄ifami. xix.
Anno. v. dcio īperij tyberij xx.


Liber ſecundus.


In illo tpr. Maria magdale. xxi.
In illo tempore. Una ſabbati ma
ria magdalene. xxij.
In illo tempore. quo ex diſcipu-
lis. ibant ipſa die. xxiij.
In illo tempore. Manifeſtauit
ſe iterum ieſus. xxiiij.
In illo tēpore. Maria ſtabat ad
monumentum. xxv.
In illo tempore. Cū eſſet ſero die
illo. vna ſab. xxvi.
In illo tempore. Dixit ieſus diſci.
ſuis. Hoc eſt preceptum. xxvij.
In illo tempore. Erat quidam.
regulus. xxviij.
In illo tēpore. Dixit ieſus di. ſuis
Eūtes ī vniuerſū mūdū. xxix.
In illo tempore. Dixit ih̄s diſci.
ſuis. Siquis diligit me ſermonē
meum ſeruabit. xxx.
In illo tēpore. Dixit ieſus turbis
ſimilitudinē hāc. Arborē fici q̄dā
plantatam habebat. xxxi.
In illo tēpore. Dixit ieſus di. ſuis.
Siq̄s vult poſt me ve. xxxij.

In illo tempore. Rogabat ieſuz quidam phariſeus. xxxiij.
In illo tempore. Erāt appropin quantes ad ieſum pu. xxxiiij.
In illo tēpore. Cum audieritis p̄lia ⁊ ſeditiones. xxxv.
In illo tempore. Dixit ieſus diſci. ſuis. Hō quidā fecit cenā. xxxvi.
In illo tēpore. Dixit iħs di. ſuis. Si qs venit ad me ⁊ nō. xxxvij.
In illo tempore. Dixit ieſus diſci. ſuis. Simile factum eſt regnum celorum homini. reag xxxviij.
In illo tēpore. Cū appropinquaret ieſus ieruſalem. vidēs ciuitatē fleuit ſuper illam. xxxix.
In illo tempore. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Homo quidaz erat diues. ⁊ induebatur purpura ⁊ byſſo. ⁊ epulabatur. co. xl.

Incipit epiſtola beati Gregorij pape vrbis rome miſſa ad laurimitanum epiſcopum.

Euerentiſſimo ⁊ ſanctiſſimo fratri Secundino epiſcopo. Gregorius ſeruus ſeruorum dei. Inter ſacra miſſarum ſolemnia ex ijsque diebus certis in hac eccleſia legi ex more ſolent ſancti euangelij quadraginta lectiones expoſui. Et quarūdam quidez dictata expoſitio aſſiſtenti plebi eſt per notariū recitata. quarundam vero explanationem coram populo ipſe locutus ſum atq3 ita vt loquebar excepta eſt. Sed quidam fratres ſacri verbi ſtudio feruentes: antequam ad prepoſitum modum ea que dixeram ſubtili emendatiōe perducerem tranſtulerūt. Quos recte ego quaſi quibuſdam famelicis ſimiles dixerim qui prius eſcas edere appetunt quam plenius excoquantur. Hoc vero vbi ſcriptum eſt. ductus eſt Ieſus in deſertum a ſpiritu vt tentaretur a diabolo prius quidem ſub quadā ambiguitate expoſui. ſed eandem dubietatē poſtmodum certa enūtiatione coxeri. Eaſdem quoque homelias eo q̄ dicte ſūt ordie in duob⁹ codicib⁹ ponere curaui. Ut ⁊ priores vinginti que dictate ſunt ⁊ poſteriores totidez que ſub oculis dicte ſunt in ſingulis eſſent diſtincte corporibus. Quod vero quedaz ante poſite ſunt que in euangelio poſt leguntur quedā vero poſt poſite que ante per euāgeliſtam ſcripte inueniuntur. nequaquam mouere tuam fraternitatem debet. Quia ſicut a me diuerſis temporibus dicte ſunt. ita quoque ſunt ab exceptoribus in codicibus affixe. Tua itaque fraternitas ſacris ſemper lectionib⁹ intenta. ſi predictum locum euangelij inuenit ſub dubietate prolatum. vel eaſdem homelias repperit. ita vt predixi non eſſe diſpoſitas: has in emendatas remanſiſſe cognoſcat. Et iuxta ea s q̄s per p̄ſentē portitorē mitter̄ ſtudui cor

rigat. Nulloqꝫ modo illas ſine emendatione remanere pmittat. Edite autem in ſcrinio ſancte eccleſie noſtre retinentur. Ut ſiqui forte a tua fraternitate longe ſunt hic inueniant; vnde in his q̄ emēdate ſunt certiores fiant.

Hic duo libri homeliarū digeſti ſūt a btō grego. vt ſūt ipreſſi volētē ſcire q̄ ordīe legunt̄ i eccleſia ſequēs idex erudiet.


Pria dominica de aduētu ſaluatoris legit̄ homelia prima.
Scda dominica legit̄ home .vi.
Tertia dñica legit homelia.vij.
Quarta dñica legit̄ homelia.xx.
In natiuitate dñi legit̄ hom.viij.
In ephiphania legit̄ homelia.x.
In dñica prima ſeptuageſime legitur homelia. .xix.
In ſexageſima legit̄ homelia.xv.
In q̄nquageſima legit̄ home.ij.
In q̄drageſima legit̄ .xvi. home.
In dominica de paſſione legitur homelia .xviij.
Jd reſurrectiōe legit̄ .home.xxi.
Feria.2.i albis legit̄ home .xxiij.
Feria.iiij.i albis legit̄ ho.xxiiij.
Feria.v.i albis legit̄ home.xxv.
Sabbato i albis legitur ho.xxij.
In octaua paſche legit̄ ho .xxvi.
Dominica prima poſt octaua legitur homelia xiiij.
In aſcēſiōne legitur home .xxix.
In pētecoſte legitur. home .xxx.
Dominica prima poſt octaua pentecoſtes legitur. homelia. xl.
Dominica.ij.legit̄ home. xxxvi.
Dominica.iij.legit̄ home.xxxiiij.
Dominica.x.legit̄ home. xxxix.
In feſto ſancte marie magdalene legitur homelia. xxxiij.
In ſabbato quatuor temporum ſeptembris legit̄ homelia. xxxi
Dominica viceſima poſt octauam pentecoſtes legitur ho. xxxviij.
Dominica viceſima prima legitur homelia. xxviii.
In feſto ſcē luce legit̄ ho. iiii.
In natali ſanctorum apoſtolorū ſimonis ⁊ iude legitur ho. iiii.
In natai ſancti Andree legitur. homelia.v.aut. iii.
In natali apoſtolorum legitur homelia. xxvii.
In natali vnius martyris legitur homelia. xxxii.
In natali duorum martyrum legitur homelia xxxvii.
In natali plurium martyrū legitur homelia xxxv.
In natali vnius confeſſoris legitur homelia.ix.aut .xiii.
In natali virginum legitur homelia.xii.aut. xi.


BIBLIOTECA MARES

N illo tp̄e: Dixit ieſus diſcipu-
lis ſuis. Erunt ſigna in ſole ⁊ lu-
na ⁊ ſtellis: ⁊ in terris preſſura gen
tiū pre confuſione ſonitus maris ⁊
fluctuū. Et reliqua. Omelia pri-
ma beati gregorij pape hita ad po-
pulū i baſilica beati petri apoſtoli.

Ominꝰ ac redēptor nr̄
frēs chariſſimi: paratos
nos īuenire deſiderās:
ſeneſcentē mūdū q̄ ma-
la ſeq̄ntur denūciat: vt nos ab eius
amore cōpeſcat. Appropinq̄nte eiꝰ
termino q̄nte percuſſiones preueni-
ant inoteſcit. Ut ſi dn̄m metuere in
tranquillitate nolumus: ſaltem vi-
cinum eius iudicium vel percuſſio-
nibus attriti: timeamꝰ. Huic etenī
lectioni ſancti euangelij quam mo-
do veſtra fraternitas audiuit pau-
lo ſuperius dominus p̄miſit dicēs
Exurget gens contra gentem: ⁊ re-
gnū aduerſus r̄gnū: ⁊ erūt terremotꝰ
magni ꝑ loca: ⁊ peſtilētie ⁊ fames.
Et q̄buſdā iterpoſitis: hoc qđ mo-
do audiſtis adiunxit. Et erūt ſigna
in ſole ⁊ luna ⁊ ſtellis: ⁊ i terris p̄ſ-
ſura gentium pre confuſione ſonitꝰ
maris ⁊ fluctuum. Ex quibus pro-
fecto omnibus: alia iam facta cerni-
mus: alia e proximo ventura formi
damus. Nam gentem ſuper gentē
exurgere: earumq; preſſurā terris
inſiſtere: plus iam in noſtris tribu-
lationibus cernimus: q̄ in codici-
bus legimus. Qđ terremotꝰ vrbes
inumeras ſubruat: ex alijs mundi
partibus ſcitis q̄ frequenter audi-
uimus. Peſtilentiā ſine ceſſatione
patimur. Signa vero in ſole ⁊ luna
⁊ ſtellis: adhuc aperte minime vi-
dimus. Sed quia ⁊ hec non longe
ſint: ex ipſa iam aeris inmutatione
colligimus. Quāuis priuſq̄ italia
gentili gladio ferienda traderetur:
igneas in celo acies vidimus: ex ip-
ſo qui poſtea humani generis effu-
ſus eſt ſanguine coruſcātes. Cōfu-
ſio aūt maris ⁊ fluctuū: necdum no
ua exorta eſt. Sed cum multa iam
prenunciata completa ſunt: dubiū
non eſt q̄ ſequantur etiā pauca que
reſtant. Quia ſequentiū rerum cer-
titudo: eſt preteritarum exhibitio.
Hec nos fratres chariſſimi iccirco
dicimus vt ad cautele ſtudiū veſtre
mentes euigilēt. Ne ſecuritate tor
peant: ne ignorantia langueſcant.
Sed ſemper eas ⁊ timor ſollicitet:
⁊ in bono opere ſollicitudo confir-
met. Pēſate qđ redemptoris noſtri
voce ſubiungitur. Areſcētibus ho-
minibus pre timore ⁊ expectatione
que ſuperueniēt vniuerſo orbi. Nā
virtutes celorū mouebūtur. Quid
enim dominus virtutes celorū niſi
angelos: archāgelos: thronos: do
minatiōes p̄ncipatus: ⁊ poteſtates
appellat? Que in aduentu diſtricti
iudicis: noſtris tunc oculis viſibili
ter apparebunt: vt diſtricte tūc a no
bis exigant hoc quod nos modo in
uiſibilis conditor equanimiter por
tat. Ubi ⁊ ſubditur. Et tūc videbūt

filiuʒ hominis venientem in nubi/
bus celi: ī poteſtate magna ⁊ maie/
ſtate. Ac ſi aperte diceretur. In po/
teſtate ⁊ maieſtate viſuri ſunt: queʒ
in humilitate poſitū audire nolue/
runt. Ut virtuteʒ eius tanto tūc di/
ſtrictius ſentiant: quāto nunc ceruī
cem cordis ad eius patientiam non
inclinant. Sed quia hec ↄtra repro
bos dicta ſunt: mox ad electorū cō/
ſolationeʒ verba vertuntur. Nam
ſubditur. His autē fieri incipienti/
bus: reſpicite ⁊ leuate capita veſtra
quoniaʒ appropinquat redemptio
veſtra. Ac ſi aperte veritas electos
ſuos admoneat dicēs. Cum plage
mundi crebreſcunt: cum terror iudi
cij virtutibus cōmotis oſtenditur:
leuate capita: ideſt exhilarate cor/
da. Quia dum finit mundus cui
amici non eſtis: prope fit redemp/
tio quā per fideʒ queſiſtis. In ſcrip
tura etenim ſacra: ſepe caput pro
mēte ponitur. Quia ſicut capite re/
gūtur membra: ita cogitatiōes mē/
te diſponuntur. Leuare itaqʒ capi/
ta: eſt mētes noſtras ad gaudia pa
trie celeſtis erigere. Qui ergo deuʒ
diligunt: ex mundi fine hilareſcere
iubentur. Quia videlicet eum queʒ
amant mox inueniunt: dum tranſit
is quem non amauerunt. Abſit enī
vt fidelis quiſqʒ qui deuʒ videre de
ſiderat: de mundi percuſſiōibus lu
geat: quem finiri eiſdem ſuis paſ
ſionibus non ignorat. Scriptum
nāqʒ eſt. Quicunqʒ voluerit ami/
cus eſſe ſeculi huius: inimicus dei
conſtituitur. Qui ergo appropin/
quante mundi fine non gaudet: a/
micum ſe illius eſſe teſtatur: atqʒ p
hoc inimicus dei cōuincitur. Sed
abſit hoc a fidelium cordibus: abſit
ab his qui ⁊ vitam aliam eſſe per fi
dem credunt: ⁊ eam per orationem
diligunt. Ex mundi enim deſtru/
ctione eoruʒ lugere eſt: qui radices
cordis in eius amore plantauerūt.
Qui ſequentem vitam non querūt
quia illā neqʒ eſſe ſuſpicant. Nos
autem qui celeſtis patrie gaudia e/
terna cognouimus: feſtinare ad ea
quantotius debemus. Optandum
nobis eſt illuc citius pergere: atque
ad illā via breuiori peruenire. Qui
bus enim malis iſte mundus non
vrgetur? Que triſticia que aduerſi/
tas nō anguſtat? Quid ē vita mor/
talis: niſi via? Et q̄le ſit fratres mei
perpendite: in labore vie laceſcere:
⁊ tamen eādē viam nolle finiri? Qr
autem calcari mundus ac deſpici d
beat: redemptor noſter prouida cō
paratione manifeſtat: cum proti/
nus adiungit. Uidete ficulneam ⁊
oēs arbores cuʒ producunt iam ex
ſe fructum: ſcitis quoniam prope
eſt eſtas. Ita ⁊ vos cum videritis
hec fieri: ſcitote quoniam prope eſt
regnum dei. Uidelicet aperte di/
cens: quia ſicut ex fructu arborū vi/
cina eſtas agnoſcitur: ita ex ruina
mundi: prope eſſe cognoſcitur re/
gnum dei. Quibus profecto verbis

ad bonos se ver[illegible]

ostenditur: quia fructus mundi ruina est. Ad hoc enim crescit: vt cadat. Ad hoc germinat: vt queqꝫ germinauerit: cladibus consumat. Bene autem regnum dei estati comparatur: quia tunc meroris nostri nubila transeunt: ⁊ vite dies eterni solis claritate fulgescunt. Que omnia sub magna certitudine confirmantur: cum sententia subiungitur que dicit. Amen dico vobis: quia non preteribit generatio hec: donec oīa fiant. Celum ⁊ terra transibunt: verba autem mea non trāsient. Nihil enim in rerum corporalium natura celo ⁊ terra durabilius: ⁊ nihil ī natura tam velociter ꝙ̄ sermo transit. Verba enim quousqꝫ imperfecta sunt: verba nō sunt. Cum vero perfecta fuerint: omnino iam nō sunt: quia nec perfici nisi trāseundo possunt. Ait ergo. Celum ⁊ terra transibunt: verba autem mea non transient. Ac si aperte dicat. Omne qđ apud vos durabile est ⁊ sine mutatione: durabile ad eternitatem non est. Et omne quod apud vos transire cernitur: fixum ⁊ sine transitu tenetur. Quia sine mutabilitate manentes sententias exprimit meꝰ sermo qui transit. Ecce fratres mei: iā cernimus quod audiebamus. Nouis quotidie ⁊ crebescētibus malis mundus vrgetur. Ex illa plebe innumera quanti remanseritis aspicite: ⁊ tamen adhuc quotidie flagella vrgēt. Repentini casus opprimūt: noue nos ⁊ improuise clades affligunt. Sicut enim in iuuentute viget corpus: forte ⁊ icolume mane- pectꝰ: torosa ceruix: plena sunt brachia. In annis autem senilibus statura curuatur: ceruix exsiccata deponitur: frequētibus suspirijs pectus vrgetur. Virtus deficit: loqntis verba anhelitus intercidit. Nā ⁊ si languor desit plerūqꝫ senibus: ipsa sua salus egritudo est. Ita mūdus in annis prioribus velut in iuuentute viguit: ad propagandam humani generis prolem robustus fuit: salute corporum viridis: opulētia rerum pinguis. At nūc ipsa sua senectute deprimitur: ⁊ quasi ad vicinam mortem: molestijs crescentibus vrgetur. Nolite ergo fratres mei diligere quem videtis diu stare non posse. Precepta apostolica in animo ponite: qui nos verbis admonet dicens. Nolite diligere mundum: neqꝫ ea que in mundo sunt. Quia si quis diligit mundum: non est charitas patris in eo. Nudiustertius fratres agnouistis: quod subito turbine annosa arbusta eruta: destructe domus: atqꝫ ecclesie a fundamentis euerse sunt. Quāti ad vesperum sani atqꝫ incolumes: acturos se in crastinum aliquid putabant: ⁊ tamen nocte eadem: repētina morte defuncti sunt: in laqueo ruine deprehēsi. Sed cōsiderandū nobis est: ꝙ ad hec agenda inuisibilis iudex: venti tenuis-

jn refectorio

ſimi ſpiritum mouit: vnius ꝓcellaꝫ
nubis excitauit: 7 terram ſubruit:
caſura tot edificiorum fundamenta
ꝯcuſſit. Quid ergo index iſte factu'
eſt: cum per ſemetipſum venerit: 7
in vltionē peccatorū iram eius exar
ſerit. Si portari non poteſt: cū nos
per tenuiſſimam nubeꝫ ferit: in ire
ei⁹ preſentia q̄ caro ſubſiſtet: ſi ven/
tum mouit 7 terram ſubruit: cōcita
uit aera 7 tot edificia ſtrauit. Hanc
diſtrictionem venturi iudicis: pau/
lus conſiderans ait. Horrenduꝫ eſt
incidere in manus dei viuētis. Hāc
pſalmiſta exprimit dicens. Deus
manifeſte veniet: deus noſter 7 nō
ſilebit. Ignis in conſpectu eius arde
bit: 7 in circuitu eius tempeſtas va/
lida. Diſtrictionem quippe tante iu/
ſticie: tēpeſtas 7 ignis comitantur:
qꝛ tempeſtas examinat quos ignis
exurat. Illum ergo diē fratres cha/
riſſimi: illum ante oculos ponite: 7
quicquid modo graue creditur: in
eius comparatione leuigatur. De il/
lo enim die p ꝓphetam dicitur. Iu/
xta eſt dies domini magnus: iuxta
7 velox nimis. Vox diei domini
amara: tribulabitur ibi fortis. Dies
ire dies illa: dies tribulationis 7 an
guſtie: dies calamitatis 7 miſerie:
dies tenebraꝝ 7 caliginis: dies nebu
le 7 turbinis dies tube 7 clāgoris. De
hac die dominus iterū per prophe
tam dicit. Adhuc ſemel 7 ego mo/
uebo non ſolum terram ſed 7 celuꝫ.
Ecce vt prediximus aerem mouit:
7 terra nō ſbſiſtit. Quis ergo ferat
cū celū mouerit? Quid autē terro/
res quos cernimus: niſi ſequentis
ire precones dixerim? Unde 7 con
ſiderare neceſſe eſt: quia ab illa tri/
bulatione vltima tantum ſunt tribu
lationes iſte diſſimiles: quantum a
potentia iudicis perſona diſtat pre
conis. Illum ergo diē fratres cha/
riſſimi tota intētione cogitate: vitā
corrigite: mores mutate: mala tem
tantia reſiſtendo vincite: perpetra/
ta autem fletibus punite. Aduen/
tum nanqꝫ eterni iudicis: tāto ſecu/
riores quandoqꝫ videbitis: quāto
nunc diſtrictionē illius timendo p̄/
uenitis. Lectio ſācti euāgeli ſecū
dum lucam. Capitulum. xviij

IN illo tēpore. Aſſumpſit ieſus
duodecim diſcipulos ſuos: 7 ait
illis. Ecce aſcēdimus hieroſolimaꝫ
7 conſumabuntur omnia que ſcrip
ta ſunt per prophetas de filio ho/
minis. Et reliqua. Omelia ſecū/
da lectionis eiuſdē btī gregorij pa/
pe habita ad populuꝫ in baſilica be
ati petri apoſtoli.

Redemptor noſter preuidēs
ex paſſione ſua diſcipuloruꝫ
animos perturbandos: eis longe
ante 7 eiuſdem paſſionis penam 7
reſurrectionis ſue gloriaꝫ predicit:
vt cum morientem ſicut predictum
eſſet cernerent: etiam reſurrecturū
non dubitarent. Sed quia carna/
les adhuc diſcipuli nullo modo va
lebant capere verba myſterij: veni/

tur ad miraculum. Ante eorum ocu-
los cecus lumen recepit: vt qui cele-
ſtis myſterij verba nō caperēt: eos
ad fidem celeſtia facta ſolidarent.
Sed miracula domini ⁊ ſaluato-
ris noſtri: ſic accipiēda ſunt fratres
mei: vt ⁊ ī veritate credantur facta:
⁊ tamen per ſignificationem nobis
aliquid innuant. Opera quippe e-
ius ⁊ per potentiam aliud oſten-
dunt: ⁊ per myſterium aliud loquū-
tur. Ecce enim quis iuxta hiſtori-
aꝫ cecus iſte fuerit ignoramus: ſed
tamen quem per myſterium ſignifi-
cet nouimus. Cecus quippe: eſt ge-
nus humanum: qd in parente pri-
mo a paradiſi gaudijs expulſum:
claritatem ſuperne lucis ignorans:
dānationis ſue tenebras patitur:
ſed tamen per redemptoris ſui pre-
ſentiam illuminatur: vt interne lu-
cis gaudia: iam per deſiderium vi-
deat: atqꝫ in via vite boni operis
greſſus ponat. Notandum vero ē:
ꝙ cum ieſus hyerico appropinqua-
re dicitur: cecus illumīatur. Hyeri-
co quippe interpretatur luna. Lu-
na autem in ſacro eloquio pro defe-
ctu ponitur: quia dum menſtruis
ſuis temporibus decreſcit: defectuꝫ
noſtre mortalitatis deſignat. Dum
igitur ꝯditor noſter appropinquat
hyerico: cecus ad lumen redit: quia
dum diuinitas defectuꝫ noſtre car-
nis ſuſcepit: humanum genus lu-
men qd amiſerat recepit. Unde enī
deus humana patitur: inde homo
ad diuina ſubleuatur. Qui videli-
cet cecus recte ⁊ iuxta viam ſedere:
⁊ mendicās eſſe deſcribitur. Ipſa e-
nim veritas dixit. Ego ſū via. Qui
ergo eterne lucis claritatem neſcit:
cecus eſt. Sed ſi iaꝫ in redempto-
rem credidit: iuxta viam ſedet. Si
autem credidit: ſed vt eternam lu-
cem recipiat: rogare diſſimulat: at-
qꝫ a precibus ceſſat: cecus quidem
iuxta viam ſedet: ſed minime men-
dicat. Si vero ⁊ credidit ⁊ exorat:
⁊ iuxta viam ſedet cecus: ⁊ mendi-
cat. Quiſquis ergo cecitatis ſue te-
nebras agnoſcit: quiſquis hoc qd
ſibi deeſt lumen eternitatis intelli-
git: clamet medullis cordis: clamet
vocibus mentis dicens: ieſu fili da-
uid miſerere mei. Sed quid clamā-
te ceco ſubiūgit audiamus. Et q̄
p̄ibāt: increpabant eum vt taceret.
Quid aūt deſignāt iſti q̄ ieſu veni-
ente precedūt: niſi deſideriorū car-
naliū turbas: tumultuſqꝫ vitiorū?
Qui priuſq̄ ieſus ad cor nr̄m veni-
at temptationibus ſuis: cogitatio-
nem noſtram diſſipant: ⁊ voces cor-
dis in oratione perturbant. Sepe
nanqꝫ dum conuerti ad deum poſt
perpetrata vitia volumus: dum cō-
tra hec eadem exorare vitia que ꝑ-
petrauimus conamur: occurrunt
cordis fantaſmata peccatorum que
fecimus: mentis noſtre aciem reuer-
berant: confundunt animum: ⁊ vo-

cem noſtre depꝛecationis pꝛemunt.
Qui pꝛeibant ergo increpabant
cū vt taceret: quia pꝛius ꝙ ieſus
ad coꝛ noſtrum veniat: mala que fe
cimus cogitationi noſtre ſuis ima/
ginibus illiſa: in ipſa, nos noſtra o/
ratione conturbant. Sed quid ad
hec illuminandus cecus fecerit au/
diamus. Sequitur. Ipſe vero mul
to magis clamabat. Fili dauid miſe
rere mei. Ecce quem turba increpa/
bat vt taceret: magis ac magis cla/
mat. Quia quanto grauioꝛi tu/
multu cogitationum carnalium pꝛe
mimur: tanto oꝛationi inſiſtere ar/
dentius debemus. Contradicit tur
ba ne clamemus: quia peccatoꝛum
noſtroꝛum fantaſmata plerūꝫ ⁊ i
oꝛatione patimur. Sed nimirum
neceſſe eſt: vt vox coꝛdis noſtri quo
durius repellitur: eo valentius inſi
ſtat. Quatenus cogitationis illici/
te tumultum ſuperet: ad pias aures
domini nimietate ſue impoꝛtunita/
tis erumpat. In ſe vt ſuſpicoꝛ reco/
gnoſcit vnuſquiſꝫ qđ dicimus: qꝛ
dum ab hoc mundo animum ad
dominum mutamus: dum ad oꝛa/
tionis opus conuertimur: ipſa que
pꝛius delectabiliter geſſimꝰ: impoꝛ
tuna poſt ⁊ grauia in oꝛatione no/
ſtra toleramus. Vix eoꝛum cogita
tio manu ſancti deſiderij ab oculis
coꝛdis abigitur: vix eoꝛum fantaſ/
mata per penitentie lamenta ſupe/
rātur. Sed cum in oꝛatione noſtra
vehementer inſiſtimus: tranſeunte
ieſu oculum mentis figimus. Vn/
de illic ſubditur. Stans autem ie/
ſus iuſſit eum duci ad ſe. Ecce ſtat:
qui ante tranſibat. Quia dum ad/
huc turbas fantaſmatum in oꝛatio
ne patimur: ieſum aliquatenus trā
ſeuntem ſentimus. Cum vero oꝛa/
tioni vehementer inſiſtimus: ſtat
ieſus vt lucem reſtituat: quia dum
deus in coꝛde figitur: lux amiſſa re
paratur. Qua tamē in re: ⁊ aliud
aliquid nobis dominꝰ innuit: quod
intelligi de humanitate ac diuinita
te illius vtiliter poſſit. Clamantem
etenim cecum tranſiens audiuit:
ſed ſtans miraculum illuminationis
exhibuit. Tranſire nanqꝫ huma/
nitatis eſt: ſtare diuinitatis. Per
humanitatem quippe: habuit na/
ſci: creſcere: moꝛi: reſurgere: de lo
co ad locum venire. Quia ergo in
diuinitate mutabilitas non eſt: atqꝫ
hoc ipſuꝫ mutare trāſire ē: pꝛofectꝰ
iſte trāſitus ex carne eſt non ex diui
nitate. Per diuinitatem vero ei ſem
per ſtare eſt: quia vbiqꝫ pꝛeſēs nec
per motum venit: neqꝫ per motum
recedit. Cecum igitur clamantem
dominus tranſiens audit: ſtans il/
luminat: quia per humanitatem ſu
aꝫ vocibus noſtre cecitatis compa/
tiendo miſertus eſt: ſed lumen no/
bis gratie ꝑ diuinitatꝭ potētiā īfun/
dit. Et notandū quid ceco venienti
dicat. Quid tibi vis faciam? Nun

quid qui lumen reddere poterat:
qđ vellet cecus ignorabat? Sed pe-
ti vult hoc: quod ⁊ nos petere: ⁊ ſe
cōcedere prenoſcit. Importune nā-
qȝ ad oratione̅ nos admonet: ⁊ ta-
men dicit. Scit nanqȝ pater veſter
quibus indigetis: ante q̄ꝑ petatis
eum. Ad hoc ergo requirit vt peta-
tur: ad hoc requirit: vt cor ad orati-
onem excitet. Unde ⁊ cecus pro-
tinus adiungit. Domine vt videam.
Ecce cecus a domino non aurum:
ſed lucem querit. Paruipēdit extra
lucem aliquid querere: quia ⁊ ſi ha-
beret cecus qđlibet poteſt: ſine luce
non poteſt videre qđ habet. Imi-
temur ergo fratres chariſſimi eum
quem corpore audiuimus ⁊ mente
ſaluatum: non falſas diuitias: non
terrena: non fugitiuos honores a
domino: ſed lucez queramus. Nec
lucem que loco clauditur: que tem-
pore finitur: que noctium interru-
ptione variatur: que a nobis com-
muniter cum pecoribus cernitur.
Sed lucem queramus: quam vide-
re cum ſolis āgelis poſſimus. Quā
nec initium inchoat: nec finis angu-
ſtat. Ad quam profecto lucem: via
fides eſt. Unde recte ⁊ illuminan-
do ceco: protinus reſpōdetur. Re-
ſpice: fides tua te ſaluū fecit. Sȝ ad
hec carnalis cogitatio dicit. Quo-
modo poſſum lucem ſpiritalez que-
rere: quam videre nō poſſum? Un-
de mihi certū eſt ſi ſit que corporeis
oculis nō infulget? Cui ſcilicet cogi-
tationi eſt: qđ breuiter quiſqȝ reſpō-
deat: quia ⁊ hec ipſa que ſentit: non
per corpus ſed per animaȝ cogitat.
Et nemo ſuam animam videt: nec
tamen ſe dubitat animam habere
quam non videt. Ex inuiſibili nan-
qȝ anima: viſibile regitur corpus.
Si auferatur qđ eſt inuiſibile: pro-
tinus corruit hoc qđ viſibile ſtare
videbatur. Ex inuiſibili ergo ſubſtā-
tia: in hac vita viſibili viuitur: ⁊ eſ-
ſe vita inuiſibilis dubitatur? Sed
iam petenti ceco quid factum eſt:
vel q̄d ipſe fecerit audiamus. Seq̄-
tur. Confeſtim vidit: ⁊ ſequebatur
eum. Uidet ⁊ ſequitur: qui bonum
qđ intelligit operatur. Uidet autez
ſed non ſequitur: qui bonum qui-
dem intelligit: ſed bonum operari
cōtemnit. Si ergo fratres chariſſi-
mi cecitatem noſtre peregrinatiōis
agnoſcimus: ſi credendo in redem-
ptoris noſtri myſterium iuxta viaȝ
ſedemus: ſi ex orando quotidie ab
auctore noſtro lucem petimus: ſi
eandem lucem iam per intellectum
videndo illuminati poſt cecitatem
ſumus: eū quē mēte cernimus ope-
re ſeq̄mur. Aſpiciamus viam qua
graditur: vt eius veſtigia imitando
teneamus. Ieſuȝ enī ſeq̄tur: q̄ imi-
tatur. Hinc nāqȝ ipſe dicit. Sine
mortuos ſepelire mortuos ſuos: tu
autē me ſeq̄re. Ac ſi dicat imitare.
Hinc rurſum āmonet dicēs. Si q̄s

mihi miniſtrat: me ſequatur. Con
ſideremus ergo viam qua graditur
vt ſequi mereamur. Ecce cū ſit dn̄s
⁊ creator angelorum: ſuſcepturus
naturā noſtram quaꝫ condidit: in
vteruꝫ virginis venit. Naſci tamē
in hoc mundo per diuites noluit:
parentes pauperes elegit. Unde ⁊
agnus qui pro illo offerret̄ defuit:
columbaruꝫ pullos ⁊ par turturū
ad ſacrificium mater inuenit. Pro
ſperari in hoc mundo noluit: op-
probria irriſiōeſq; tolerauit. Spu-
ta: flagella: alapas: ſpineam coro-
nam: crucem ſuſtinuit. Et quia re-
rum temporalium delectatione ab
interno gaudio cecidimus: cū qua
amaritudine illuc redeatur oſten-
dit. Quid itaq; homo ꝓ ſe pati de-
bet: ſi tāta deꝰ ꝓ hoībꝰ ꝑtulit? Qui
ergo in xp̄o iā credidit: ſed adhuc
auaricie lucra ſectatur: ī ſupbie ho
nores extollitur: īuidie facibus in-
ardeſcit: libidinis ſe īmundicia pol
luit: proſperari ad ea que in mun-
do ſunt ꝯcupiſcit: ieſum in quē cre-
didit ſequi ꝯtemnit. Diuerſo quip-
pe itinere ambulat: ſi gaudia: dele-
ctatiōeſq; appetit: cui dux ſuus vi-
am amaritudinis oſtendit. Reuo-
cemus ergo ante oculos peccata q̄
fecimus: conſideremus q̄ꝫ terribi-
lis iudex hec puniturus adueniat:
mente formemur ad lamenta: vi-
ta noſtra ad tempus amareſcat in
penitentia: ne eternā amaritudinē
ſentiat in vindicta. Per fletus q̄p-
pe ad gaudia ducimur: veritate pol
licēte q̄ ait. Beati qui lugent quoni
am ipſi ꝯſolabuntur. Ad fletum ve
ro per gaudia ꝑuenit̄: hec eadē v̄i-
tate atteſtāte que ait. Ue vobis q̄ ri
detis: quoniaꝫ flebitis ⁊ lugebitis.
Si ergo retributionis gaudium in
peruentione querimus: penitentie
amaritudinē ī via teneamꝰ. Sicq;
fiat: vt nō ſolū noſtra in deo vita ꝓ
ficiat: ſꝫ ⁊ hec ipſa nr̄a ꝯuerſatio ad
laudem ⁊ alios accendat. Unde il-
luc ſubditur. Et omnis plebs vt vi-
dit: dedit laudē deo: q̄ eſt bn̄dictꝰ
in ſecula ſeculoꝝ amē. Lectio ſan
cti euāgelij ſecūdū mattheū. C. xij.

In illo tempore: loquēte ieſu ad
turbas: ecce mater eius ⁊ fra-
tres ſtabāt foris querētes loqui ei.
Dixit āt ei quidā. Ecce mater tua ⁊
fratres tui foris ſtant querētes te.
Et reliqua. Omelia tertia lectiōis
eiuſdem beati gregorij pape in ba
ſilica beate marie ſemper virginis.

Sancti euangelij fratres cha
riſſimi breuis eſt lectio recita
ta: ſed magis myſterioꝝ pōderibꝰ
grauida. Jeſus eteni ꝯditor ⁊ redē
ptor noſter matrē ſe noſſe diſſimu
lat ⁊ q̄ mater ei ſit: ⁊ qui propinqui
non per cognationē carnis: ſed per
coniunctionem ſpiritus deſignat:
dicens. Que ē mater mea: ⁊ qui ſūt
fratres mei? Quicunq; enim fece
rit voluntatem patris mei qui in ce
lis eſt: ipſe meꝰ frater ⁊ ſoror ⁊ ma
ter ē. Quibꝰ nobis v̄bis q̄d alid ī

nuit: niſi q obſequētes iuſſionibus
ſuis multos ex gentilitate colligit: ⁊
iudeam ex cuius carne eſt genitus
non agnoſcit? Unde ⁊ mater eius
cum quaſi non agnoſcitur: foris ſta
re perhibetur. Quia videlicet ſyna
goga iccirco ab auctore ſuo non re-
cognoſcitur: quia legis obſeruatio-
nem tenens: ſpiritalem intellectum
perdidit: ⁊ ſeſe ad cuſtodiam litte-
re foris fixit. Sed cum is qui vo-
luntatem patris fecerit: ſoror ⁊ fra-
ter domini dicitur: propter vtrūq3
ſexum qui ad fidem colligitur mirū
non eſt. Mirādum vero valde eſt:
quomodo etiam mater dicatur. Fi-
deles enim diſcipulos: fratres vo-
care dignatus eſt dicens. Ite nun-
ciate fratribus meis. Qui ergo fra-
ter domini fieri ad fidem veniēdo
potuerit: querendum eſt quomodo
eſſe etiam mater poſſit? Sed ſcien-
dum nobis eſt: quia qui chriſti fra-
ter ⁊ ſoror eſt credendo: mater effi-
citur predicādo. Quaſi enim parit
ieſu3: quem cordi audientis infude
rit: ⁊ mater eſt eius ſi per eius vocē
amor domini in proximi mēte gene
ratur. Ad quam rem nobis idonee
confirmandam: adeſt beata felici-
tas: cui hodie natalitia celebram⁹:
que credendo extitit ancilla chriſti:
⁊ predicādo facta eſt mater chriſti.
Septē quippe filios ſicut ī geſtis
eius emendatiorib⁹ legitur: ſic poſt
ſe timuit viuos in carne relinquere:
ſicut carnales parētes ſolent metue-
re: ne mortuos premittāt. In perſe
cutionis enim labore deprehenſa:
filioru3 corda in amore ſuperne pa
trie predicando roborauit: ⁊ partu
riuit ſpiritu: quos carne pepererat:
vt predicatione pareret deo: quos
carne pepererat mundo. Conſide-
rate fratres chariſſimi in femineo
corpore: virile pectus. Ad mortem
ſtetit imperterrita: amittere in filijs
lumē veritatis timuit: ſi non fuiſſet
orbata. Nunquid ego hanc femi-
nā: martyrē dixerim? Certe cū do-
minus de ioanne loqueretur dixit.
Quid exiſtis videre in deſertum
prophetā? Et ioannes ipſe requiſi
tus reſpondit dicens. Nō ſum ꝓ-
pheta. Quia enim ſe pluſq̄ pro-
phetā nouerat: eſſe ſe prophetā ne-
gabat. Qui iccirco pluſq̄ ꝓpheta
dicitur: quia ꝓphete eſt officiū vē-
tura pronunciare: nō etiā oſtende-
re. Joannes vero pluſq̄ propheta
eſt q᷑ quē verbo dixit digitto oſten
dit. Non ergo hanc feminam mar-
tyrē: ſed pluſq̄ martyrem dixeri3:
que ſeptem pignoribus ad regnu3
premiſſis totiēs ante ſe mortua eſt:
quotiens filios: ante ſe morientes
vidit: ad penas prīma venit: ſed per
uenit octaua. Aſpexit mater ⁊ cruci
ata ⁊ imperterrita filiorum morte3:
ſpei gaudiū deleuit dolorem natu-
re: timuit viuētibus: gauiſa eſt mo
riētibus. Optauit nullum poſt ſe re
linquere: ne ſi quē haberet ſuperſtitē:
nō poſſet habere conſorte3. Nemo

ergo ex vobis fratres chariſſimi exi
ſtimet q eius cor morientibus filijs
etiaꝫ carnalis affectus minime pul
ſauit. Neqꝫ enim filios q̄s carnē ſuaꝫ
eſſe nouerat: ſine dolore poterat mo
rientes videre. Sed erat vis amo
ris interior: que dolorem vinceret
carnis. Unde ⁊ paſſuro petro dicit
Cum ſenueris extendes manus tu
as: ⁊ alius te ciget ⁊ ducet quo tu nō
vis. Neqꝫ enim ſi pleniſſime petrꝰ
nollet: pro xp̄o pati potuiſſet. Sꝫ
martyriū qd p iſirmitatē carnis no
luit p virtutē ſpiritus amauit. Qui
dum per carnē ad penā ſe ire trepi
dat: per ſpiritum ad gloriam exul
tat. Actumqꝫ eſt vt cruciatus mar
tyrij: nolendo voluiſſet. Sic nos
quoqꝫ cum gaudium querimus ſa
lutis: amarum poculum ſumimus
purgationis. Amaritudo quidem
in poculo diſplicet: ſed reſtituenda
ſanitas per amaritudinē ſalus pla
cet. Amauit ergo iuxta carnem feli
citas filios ſuos: ſed pro amore ce
leſtis patrie mori coram ſe voluit
quos amauit. Ipſa eorum vulnera
accepit: ſed ipſa in eis ad regnum
preuenientibus exercuit. Recte er
go hanc feminaꝫ vltra martyrem
dixerim: que ⁊ totiens in filijs ⁊ de
ſiderabiliter extincta eſt. Dum mul
tiplex martyriū obtinuit: ipſa q̄
qꝫ martyrij palmaꝫ vincit. Fertur
apud veteres mos fuiſſe: vt quiſqꝫ
conſul exiſteret: iuxta ordinem tem
porum honoris ſui locum teneret.

At ſi quis poſterior ad conſulatuꝫ
veniens conſul non ſemel ſed bis
fortaſſe aut tertio fieret: etiam il
los laude ⁊ honore tranſcenderet:
qui non pluſq̄ ſemel conſul extitiſ
ſent. Uicit ergo beata felicitas mar
tyr: que tot ante ſe morientibus filijs
pro xp̄o frequenter occubuit: q ⁊
amore illius ſola ſua mors ei mime
ſuffecit. Conſideremus fratres hāc
feminam: conſideremus nos qui
eſſe viri cernimur: in eius compara
tionem quid ſumus. Sepe nanqꝫ
agenda aliqua bona proponimus
ſed ſi vnus contra nos leuiſſimus
ſermo ab ore irridentis eruperit: ab
intentione actionis noſtre fracti ꝓ
tinus ⁊ cōfuſi reſilimus. Ecce nos
plerūqꝫ a bono ope verba reuocāt:
felicitatē vero a ſctā intentiōe fran
gere nec tormenta potuerūt. Nos
in maledictionis iniuriā impingui
mur: Hec ad regnū etiā p ferrum
intrare nō extimuit: nihilqꝫ eē qd
obſiſteret exiſtimauit. Nos ad p̄
cepta dn̄ica largiri noſtra ſaltē ſu
pflua nolumus. Hec nō ſolum deo
ſubſtantiā ſuam ꝯtulit: ſed pro illo
etiā ꝓpriam carneꝫ dedit. Nos cū
ex diuina iuſſione filios amittimus
ſine ꝯſolatione lugemus. Hec velut
mortuos plāgeret: ſi nō obtuliſſet.
Cum ergo ad illud terribile examē
diſtrictus iudex venerit: quid nos
viri dicemus: cum eius gloriam vi
derimus feminam per martyrium
accepiſſe: De debilitate mentis no

ſtre quē tunc erit viris excuſatio: quādo oſtendetur hec que cum ſeculo ſexum vicit. Sequamur ergo fratres chariſſimi diſtrictam ⁊ aſpertam redēptoris viaȝ. Uſu quippe virtutum ita iam plena facta eſt: vt per eam feminis libeat ambulare. Deſpiciamus cuncta preſentia: nulla ſunt etenim: que tranſire poſſunt. Turpe ſit diligere: que cō ſtat citius perire. Non nos terrenarum rerum amor ſuperet: non ſuperbia inflet: non ira dilaniet: non luxuria polluat: non inuidia ↄſūmet. Amore nr̄o frēs chariſſimi redēptor noſter occubuit: ⁊ nos amore eius diſcamus vincere noſmetipſos. Qd̄ ſi perfecte agemus: nō ſolum iminentes penas euademus: ſed cōmuni cum martyribus gloria remunerabimur. Nam quā uis occaſio perſecutionis deſit: habet tamen ⁊ pax noſtra martyrium ſuum. Quia ⁊ ſi carnis colla ferro non ſubdimus: ſpiritali tamen gladio carnalia deſideria in mente trucidamus. Lectio ſancti euangelij: ſecundum mattheum. Cap. x.

In illo tempore. Miſit ieſus duodecim diſcipulos ſuos: precipiens eis ⁊ dicens. In viam gentium ne abieritis: ⁊ in ciuitatem ſamaritanorum ne intraueritis: ſed poti⁹ ite ad oues que perierunt domus iſrael. Et reliqua. Omelia quarta lectionis eiuſdem ſancti gregorij pape habita ad populum in baſilica beati ſtephani.

Um cōſtet omnibus fratres chariſſimi: qꝛ redēptor noſter in mundum pro redemptione gentium venit: cum ſamaritanos quotidie ad fidem vocari conſpicimus: quid eſt qd̄ in predicatiōe diſcipulos mittens dicit: in viam gentium ne abieritis: ⁊ in ciuitatem ſamaritanorum ne intraueritis: ſed potius ite ad oues que perierūt domus iſrael: niſi hoc qd̄ ex facti fine colligimus: Quia prius ſoli iudee voluit: ⁊ poſtmodū cūctis gentibus predicari. Ut dum illa cōuerti vocata renueret: p̄dicatores ſancti ad vocationem gentium per ordinem venirent. Quatinus redemptoris noſtri predicatio a proprijs repulſa: gentiles populos quaſi extraneos quereret: ⁊ qd̄ iudee fiebat in teſtimonium: hoc gentibus gratie eſſet incrementum. Erant etenī tunc qui de iudea vocandi eſſent: ⁊ de gentibus vocandi non eſſent. Nam ⁊ in apoſtolorum actibus predicante petro legimus ⁊ prius ebreorum tria milia: ⁊ poſtea quinqȝ milia credidiſſe. Et cum predicare apoſtoli gentibus voluiſſent in aſia: prohibiti per ſpiritum eſſe memorantur. Et ipſe ſpiritus qui pri⁹ predicatiōem prohibuit: hanc aſianorum cordibus poſtmodum inſeruit. Nam diu eſt ꝙ aſia cūcta iaȝ

credidit. Idcirco ergo pri9 ꝓhibuit
qđ poſtmodū fecit: q2 tūc i illa erāt
qui ſaluādi non erant. Tunc in illa
erant: qui necdū ad vitam repara
ri merebantur. Sed tamen vtiliter
eis predicationis officium ſubtra-
hitur: Ne grauius de contempta
predicatione iudicari mererentur.
Subtili ergo occultoq; iudicio a
quorūdam auribus predicatio ſan
cta ſubtrahitur: quia ſuſcitari per
gratiam non merentur. Unde ne-
ceſſe eſt fratres chariſſimi: vt in om
ne qđ agimus: omnipotentis ſu-
per nos domini conſilia occulta ti-
meamus. Ne dum mens noſtra
exterius fuſa: a ſua ſe voluptate nō
reuocat: contra hanc interius iu-
dex terribiliter aduerſa diſponat.
Qđ bene pſalmiſta intuēs ait. Ue
nite ⁊ videte opera domini: q2 ter-
ribilis in conſilijs ſuper filios ho-
minum. Uidit nanq; ꝙ alius mi-
ſericorditer vocatur: alius iuſticia
exigente repellitur. Et q2 alia par-
cendo dominus alia iraſcendo diſ-
ponit: expauit qđ penetrare nō po
tuit: ⁊ quem non ſolum inueſtiga-
lem: ſed etiam in quibuſdā ſuis ſen
tentijs inflexibilem vidit: terribilē
in conſilijs eſſe memorauit. Miſ-
ſis autem predicatoribus: qđ preci
piatur audiamus. Euntes predica
te dicētes: quia appropinquabit re
gnum celorū. Hoc iam fratres etiā
ſi euangelium taceat: mundus cla-
mat. Ruine nāq; illius: voces ei9

ſunt. Qui enim tot attritus percuſ-
ſionibus a gloria ſua cecidit: quaſi
iam nobis e proximo regnū aliud
qđ ſequitur oſtendit. Ipſis iā ⁊ a q-
bus amatur amarus eſt. Ipſa eius
ruina predicat: ꝙ amandus nō eſt.
Si enim ruitura domus quaſſata
minaretur: quiſquis i illa habitaret
fugeret. Et qui ſtantem dilexerat:
recedere quantotius a cadente fe-
ſtinaret. Si igitur mundus cadit:
⁊ nos eum amando amplectimur:
opprimi volumus: potius ꝙ ha-
bitare: quia nulla nos ratio a ruina
illius ſeparat: quos eius paſſioni-
bus amor ligat. Facile ergo eſt nūc
iam cū deſtructa omnia cernim9:
animum noſtrum ab eius dilectiōe
diſiungere. Sed hoc illo in tempo-
re difficillimum fuit: q2 tūc predica-
re celorum regnum inuiſibile mitte
bantur: cum lōge lateq; omnes cer
nerent florere regna terrarū. Un-
de ⁊ iuncta ſunt predicatoribus ſan
ctis miracula: vt fidē verbis daret
virtus oſtenſa: ⁊ noua facerent qui
noua predicarent. Sicut in hac ea-
dem lectione ſubiūgitur. Infirmos
curate: mortuos ſuſcitate: leproſos
mundate: demones eijcite. Florēte
mundo: creſcente humano genere
diu in hac vita ſubſiſtēte carne: ex-
uberante rerum opulentia: quis cū
audiret vitam eſſe alterā crederet?
Quis inuiſibilia viſibilibus: prefe-
ret? Sed ad ſalutem redeuntibus
īfirmis: ad vitā reſurgētibus mor-

tuis carnis mundiciã recipiẽtibus
lepꝛoſis: ereptis a iure imũdoꝛum
ſpirituū demoniacis: tot inuiſibili
bus miraculis exactis: quis nõ cre
deret qḋ de inuiſibilibus audiret?
Ad hoc quippe viſibilia miracula
coꝛruſcant: vt coꝛda audiẽtiũ ad fi-
dem inuiſibiliũ ꝑtrahant. Ut ꝑ hoc
qḋ miruꝫ foꝛas agitur: hoc qḋ ĩtus
eſt longe mirabili⁹ eſſe ſentiatur.
Unde nunc quoqꝫ cũ fideliuꝫ nu-
meroſitas excreuit: intra ſanctã ec-
cleſiaꝫ multi ſunt qui vitam virtutũ
habẽt: ſꝫ ſigna virtutũ nõ habent:
quia fruſtra miraculum foꝛis oſtẽ-
ditur: ſi deeſt qḋ intus opetur. Nã
iuxta magiſtri gentiuꝫ vocẽ: lingue
in ſignũ nõ fidelibus ſed infidelib⁹
Unde ⁊ iſdẽ egregius predicatoꝛ
qui ad ꝑdicationis verba doꝛmien
tẽ cadẽtemqꝫ de feneſtra eutychuꝫ
atqꝫ a vita ſũditus extinctũ: coꝛam
cunctis infidelibus oꝛãdo ſuſcita-
uit. Mitylenes q̃qꝫ veniens: ⁊ ple
nam infidelibus iſulam ſciens: pa
trẽ publij dyſſenteria febꝛibuſqꝫ ve
xatum oꝛando ſaluauit: ꝑegrinati
onis ſue comitẽ: ⁊ ſancte predicati
onis adiutoꝛem timotheum ex in-
firmitate ſtomachi laceſcentem nõ
verbo curat: ſꝫ medicinali arte me-
deri parat dicẽs. Modico vino vte
re ꝓpter ſtomachuꝫ tuum ⁊ frequẽ
tes tuas infirmitates. Qui ergo in
firmũ infidelem: ⁊ vt credim⁹ moꝛ
tuum vna ꝑce ſaluat ⁊ ſuſcitat: cur
egrotum ſocium prece nõ roboꝛat?
Quia nimirũ ille foꝛas ꝑ miraculũ
ſaluandus erat: qui adhuc viuus i-
terius nõ erat. Ut ꝑ hoc qḋ exteri
oꝛ poteſtas oſtẽderet: hunc ad vitã
interioꝛ virtus animaret. Egrotã-
ti autem fideli ſocio exhibenda fo-
ris ſigna nõ fuerant: qui ſalubꝛiter
intus viuebat. Sed conceſſa pote-
ſtate predicationis: conceſſis virtu
tum miraculis: quid redẽptoꝛ no-
ſter ſubiungat audiamus. Gratis
accepiſtis: gratis date. Preſciebat
nanqꝫ nonnullos hoc ipſum donũ
accepti ſpiritus in vſum negociati-
onis inflectere ⁊ miraculoꝝ ſigna
ad auaricie obſequiũ oꝛdinare. Hic
eſt enim ꝙ ſymon ꝑ impoſitionem
manus edita miracula concupiſcẽs
ꝑcipere donum ſpiritus ſancti pe-
cunia voluit: ſcilicet vt deterius vẽ
deret: qḋ male cõparaſſet. Hinc de
tẽplo redemptoꝛ noſter flagello de
reſticulis facto: turbas eiecit: cathe
dras vendentiũ columbas euertit
Columbas quippe vẽdere: eſt im-
poſitioneꝫ manus qua ſanctus ſpi-
ritus accipitur non ad vite meritũ
ſed ad premium dare. Sed ſũt nõ-
nulli qui q̄dem nummoꝛuꝫ premĩa
ex oꝛdinatione non accipiunt: ⁊ ta-
men ſacros oꝛdines pro humana
gratia largiũtur: atqꝫ de largitate
eadeꝫ laudis ſolũmodo retributi-
onem querunt. Hi nimirum quod
gratis acceptum eſt: gratis non tri
buũt: quia de impenſo officio ſan-
ctitatis: nummuꝫ fauoꝛis expetũt.

Unde bene cum iuſtum virum de-
ſcriberet propheta ait. Qui excutit
man⁹ ſuas ab omni munere. Neqꝫ
enim dicit qui excutit manus ſuas
a munere: ſed adiunxit ab omni: qꝛ
aliud eſt munus ab obſequio: aliud
eſt munus a manu: aliud munus a
lingua. Munus quippe ab obſe-
quio: eſt ſubiectio indebite impen-
ſa. Munus a manu: pecunia eſt.
Munus a lingua fauor. Qui ergo
ſacros ordines tribuit: tūc ab omni
munere excutit manus: quando in
diuinis rebus non ſolum nullam pe
cuniam: ſed etiaꝫ humanam gratiā
non requirit. Sed vos fratres cha
riſſimi quos ſecularis habitus te-
net: cum q̄ ſint veſtra cognoſcitis:
mentis oculos ad veſtra reuocate
Cuncta erga vos inuicem gratis
agite. Nolite operis veſtri in hoc
mūdo retributionem querere: quē
cum tanta iam cernitis velocitate
defeciſſe. Cauete ne mala quoquo
modo ne bona pro temporali retri
butione faciatis. Ipſum teſtem ve-
ſtri operis querite: quem iudicem
ſuſtinetis. Occulta nunc eſſe bona
veſtra videat: vt ea retributionis
ſue tempore in publico oſtendat.
Sicut carni cibos ne d̄ficiat quotti
die prebetis: ſic menti veſtre quotti
diana alimenta bona ſint opera. Ci
bo corpus paſcitur: pio opere ſpiri
tus nutriatur. Quod moriture car-
ni tribuitis: victure in perpetuum
anime non negetis. Si quādo enī
repentinus ignis habitaculum aſ-
ſumit: q̄ſquis eius poſſeſſor extite-
rit: rapit quid valuerit ⁊ fugit: lu-
crum deputat ſi quid ſecum ex igni
bus tollat. Ecce tribulationum flā
ma mundum concremat: ⁊ cuncta
que in eo ſpecioſa videbantur: fi-
nis iam proximus velut ignis de-
uaſtat. Lucrum ergo fratres maxi
mum credite: ſi vobiſcum aliquid
de illo rapiatis: ſiquid fugientes
tollitis: ſi hoc quod perire remanē
do poterat: ad retributionem vo-
bis perpetuam largiendo ſeruatis.
Terrena quippe omnia ſeruando
amittimus: ſed bene largiendo ſer-
uamus. Cum velocitate tempora
fugiunt. Ad videndum ergo citius
iudicem noſtrum quia cum magna
importunitate impellimur: ei bo-
nis actib⁹ cū feſtinatione prepare-
mur. Explicit omelia q̄rta. In-
cipit quīta. Lectio ſancti euangelij
ſecundum mattheum. Cap. iiij.

In illo tēpore. Ambulans ieſus
ſec⁹ mare galilee: vidit duos fra
tres: ſymonem qui vocatur petrus
⁊ andream fratrem eius mittentes
retia ſua in mare: ⁊ reliq̄. Ome-
lia quinta lectionis eiuſdem ſancti
gregorij pape habita ad populum
in baſilica beati andree apoſtoli.

Audiſtis fratres chariſſimi:
quia ad vnius iuſſiōis vocē
petrus ⁊ ādreas relictis retibus ſe-

cati ſunt redemptorē. Nulla vero hūc facere miracula viderant: nihil ab eo de pmio eterne retributionis audierāt: et tn̄ ad vnū dn̄i pceptū h̄ qd̄ poſſidere videbant: obliti ſunt. Quāta nos ei9 miracula vidimus: quot flagellis affligimur: quantis minarū aſpitatibus deterremur: et tamen vocantē ſequi cōtemnimus. In celo iam ſedet: qui de cōuerſiōe nos admonet. Iam iugo fidei colla gentium ſubdidit: iam mundi gloriam ſtrauit: iam ruinis eius crebreſcentibus: diſtricti ſui iudicij diem propinquantem denunciat: et tamē ſuperba mens noſtra non vult hoc ſpōte deſerere: quod quotidie pdit inuita. Quid ergo fratres chariſſimi: quid in eius iudicio dicturi ſumus: qui ab amore preſentis ſeculi: nec preceptis flectimur: nec verberibus emēdamur? Sed fortaſſe aliquis tacitis ſecum cogitationibus dicat. Ad vocem dominicam vterq3 piſcator: quid aut quantum dimiſit qui pene nihil habuit? Sed hac in re fratres chariſſimi affectum debemus potius penſare: q̄ cenſum? Multum reliquit: qui nihil ſibi retinuit. Multū reliquit: qui quālibet parum: totū deſeruit. Certe nos et habita cū amore poſſidemus: et ea que minime habemus: ex deſiderio querimus. Multū ergo petrus et andreas dimiſit: quando vterq3 etiam deſideria habēdi dreliqt. Multum dimiſit qui cum re poſſeſſa: etiam concupiſcentijs renunciauit. A ſequētibus ergo tanta dimiſſa ſunt quanta a nō ſequentibus cōcupiſci potuerunt. Nemo igitur etiam cū quoſdam cōſpicit multa reliquiſſe: apud ſemetipſum dicat. Imitari huius mundi contemptores volo: ſed q̄d reliquā nō hēo. Multū frēs reliquit: ſi deſiderijs carnis renūciat. Exteriora.n.nr̄a dn̄o quālibet pua ſufficiūt. Cor nāq3 et nō ſubſtantiā penſat: nec perpendit quantum in eius ſacrificium: ſed ex quanto proferatur. Nam ſi exterio ez ſubſtantiam perpendamus: ecce ſancti negociatores noſtri perpetuam angelorum vitam datis retibus et naui mercati ſunt. Extimationem quippe precij non habet: ſed tamen regnum dei tāti valet: quātū habes? Valuit nāq3 çacheo dimidium ſubſtātie: q2 dimidiū aliud ad hoc qd̄ iniuſte abſtulit: reſtituēdū in q̄druplo reſeruauit. Valuit petro et andree dimiſſis retibus et naui. Valuit vidue duob9 minutis. Valet alteri calice aque frigide. Regnum itaq3 dei vt diximus: tāti valet quātum habes. Penſate igitur fratres quid vilius cū emitur: quid carius cū poſſidetur? Sz fortaſſe nec calix aq̄ frigide ſuppetit qui indigēti prebeat. Etiā tūc ſecuritatē nobis promittit ſermo diuinus. Redēptore etenī nato: celi ciues oſtēſi ſunt qui clamarent. Gloria i excelſis deo et in terra pax hominibus bone volū

tatis Ante dei nāq; oculos nūꝙ ē
vacua man⁹ a munere: ſi archa coꝛ
dis repleta fuerit bona voluntate.
Hic etenim pſalmiſta dicit. In me
ſūt de⁹ vota tua q̄ reddā laudatio/
nes tibi. Ac ſi aperte dicat. Et ſi ex/
terius munera offerēda nō habeo.
intra memetipſū tamē inuenio: qd
in ara tue laudis impono: quia qui
noſtra datiōe nō paſceris: oblatio/
ne coꝛdis melius placaris. Nihil
quippe offertur deo ditius: volū/
tate bona. Voluntas autē bona ē:
ſic aduerſa alterius ſicut noſtra ꝑti
meſcere: ſic de ꝓſperitate ꝓximi: ſi
cut de noſtro ꝓfectu gratulari. Ali
ena dāna noſtra credere: aliena lu/
cra noſtra deputare. Amicū non ꝓ
pter mūdū: ſed ꝓpter dn̄m dilige/
re. Inimicū etiā amando tolerare.
Nulli qd pati nō vis facere: nulli
qd tibi iuſte īpēdi deſideras: dene/
gare. Neceſſitati ꝓximi iuxta vires
non ſolum ꝯcurrere: ſed pꝛodeſſe
etiam vltra vires velle. Quid ergo
iſto holocauſto locupleti⁹: quādo
ꝑ hoc qd deo īmolat: in ara coꝛdis
aīa ſemetipſā mactat? Sz hoc bo/
ne voluntatis ſacrificiū nūꝙ bene
perſoluitur: niſi mūdi huius cupi/
ditas pfecte deſeratur. Nam quic/
q̄d in eo ꝯcupiſcimus: hoc ꝓculdu/
bio ꝓximis īuidem⁹. Videt᷑ etenī
quia nobis deſit qd alter aſſeq̄tur
Et qꝛ ſemꝑ inuidia a bona volun/
tate diſcoꝛdat: mox vt hec mentē
ceperit illa diſcedit. Unde pdicato
res ſācti vt poſſent proximos perfe
cte diligere: ſtuduerunt in hoc ſecu
lo nil amare: nihil vnquā appete/
re: nihil vel ſine appetitu poſſide/
re. Quos bene Eſaias intuens ait.
Qui ſunt iſti qui vt nubes volant:
ꝛ quaſi colūbe ad feneſtras ſuas?
Uidit quippe eos terrena deſpice/
re: mente celeſtibus ꝓpinquare: ꝟ/
bis pluere: miraculis coꝛuſcare.
Et quos a terrenis ꝯtagijs ſancta
pꝛedicatio ꝛ ſublimis vita ſuſpen/
derat: hos volātes pariter ꝛ nubes
appellat. Feneſtre autem noſtre:
ſunt oculi: qꝛ ꝑ ipſos anima reſpi/
cit: qd exterius cōcupiſcit. Colūba
vero ſimplex ē animal atq; a malici
a fellis alienum. Quaſi colūbe ergo
ad feneſtras ſuas ſunt: qꝛ nihil in
hoc mundo concupiſcunt: qui om/
nia ſimpliciter aſpiciūt: ꝛ in ea que
vident rapacitatis ſtudio non tra/
huntur. At contra miluus ꝛ non co
lumba ad feneſtras ſuas eſt: q̄ ad
ea que oculis conſiderat: rapine de
ſiderio anhelat. Quia ergo fratres
cariſſimi beati andree apoſtoli na/
talitia celebꝛamus: debemus imita
ri quod colimus. Oſtendat noſtre
obſequium deuotionis: immutate
ſollennitas mentis. Deſpiciamus
que terrena ſunt: relictis tempoꝛa/
libus: mercemur eterna. Si autem
necdum poſſumus relinquere pꝛo
pꝛia: ſaltem non concupiſcamus ali
ena. Si necdum mens noſtra accē
ditur igne caritat᷑: in ambitione ſua

habeat frenum timoris: vt proue-
ctus ſui paſſib⁹ vegetata: dũ ab alie
noꝝ appetitu cõpeſcitur; quãdoq
ad propria ꝯtemnenda ꝑducatur.
Explicit omelia q̃nta. Dominica
ſecunda de aduentu. Lectio ſan
cti euãgelij ſecundũ mattheũ. C. xj.

In illo tempore. Cũ audiſſet io-
annes i vinculis opera xp̄i: mit-
tẽs duos de diſcipulis ſuis: ait illi.
Tu es qui venturus es: an aliũ ex-
pectam⁹? Et reliq. Omelia ſexta
lectiõis eiuſdẽ ſancti gregorij pape
habita ad populum in baſilica ſan-
ctoꝝ Marcellini ꝛ petri.

Uerendũ nobis eſt fratres
chariſſimi: ioannes prophe-
ta ꝛ pluſq̃ ꝓpheta: qui venientẽ ad
iordanis baptiſma dominũ oſtẽdit
dicens: ecce agn⁹ dei: ecce qui tollit
peccata mundi: qui ꝛ humilitatem
ſuam: ꝛ diuinitatis eius potẽtiã cõ
ſiderans dicit: qui de terra eſt de ter
ra loquitur: qui autẽ de celo venit ſu
per omnes eſt: cur in carcere poſit⁹
mittens diſcipulos requirit: tu es q̃
venturus es: an aliũ expectamus?
Tanq̃ ſi ignoret quem oſtenderat
et an ipſe ſit neſciat: quem ipſum eſſe
prophetando oſtendẽdo baptizã-
do clamauerat. Sed hec citius que
ſtio ſoluitur: ſi geſte rei tẽpus ꝛ or-
do penſatur. Ad iordanis enim flu
enta poſitus: quia ipſe redemptor
mũdi eſſet aſſeruit: miſſus vero in
carcere: an ipſe veniat reqrit. Non
quia ipſum eſſe mundi redẽptorem
dubitat: ſed querit vt ſciat ſi is qui
ꝑ ſe i mundum venerat: ꝑ ſe etiã ad
inferni clauſtra deſcendat. Quem
enim p̃currens mũdo nũciauerat:
hũc moriendo ꝛ ad inferos precur
rebat. Ait ergo. Tu es qui ventur⁹
es: an alium expectam⁹? Ac ſi aper
te dicat. Sicut ꝓ hominibus naſci
dignatus es: an etiã ꝓ hominibus
mori digneris iſinua: vt qui precur
ſor natiuitatis tue extiti: mortis eti
am precurſor fiam. Et venturũ iſer
no te nunciem: quem iã veniſſe mũ
do nũciaui. Unde ꝛ iquiſitus dñs
enumeratis potentie ſue miraculis
de morte ſue humilitate ꝓtinus re-
ſpõdit dicẽs: ceci vidẽt: claudi ãbu-
lãt: leproſi mũdãt: ſurdi audiunt:
mortui reſurgũt: pauperes euãgeli
zãtur: ꝛ beatus q̃ nõ fuerit ſcãdali-
zatus i me. Uiſis tot ſignis tãtiſq
virtutib⁹ nõ ſcãdalizari q̃ſq potuit
ſed admirari. Sed ifideliũ mens
graue in illo ſcãdaluz ꝑtulit: cũ euz
ꝛ poſt tot miracula moriẽtẽ vidit.
Uñ ꝛ paulus dicit. Nos aũt p̃dica
m⁹ xp̄m crucifixũ iudeis q̄dẽ ſcãda
lũ: gẽtib⁹ ãt ſtulticiã. Stultũ q̄ppe
hoib⁹ viſũ ẽ vt ꝓ hoib⁹ auctor vite
moreret. Et ide ꝯeũ hõ ſcãdalũ ſũ
pſit: vñ ei apli⁹ debitor fieri debuit
Nã tãto ab hoib⁹ digni⁹ honorã
dus ẽ: quãto ꝓ hoib⁹ idigniora ſu-
ſcepit. Quid ẽ ergo dicere beat⁹ q̃
nõ fuerit ſcãdalizat⁹ i me: nisi apta
voce abiectionẽ mortis ſue hũilitatẽ
q demõſtrare? Ac ſi patenter dicat

Mira q̄dē facio: ſʒ abiecta ꝑpeti n̄
dedignor. Q̄r ergo moriēdo te ſub-
ſeq̄r: cauēdū valde ē hoib⁹: ne ī me
morte deſpiciāt: q̄ ſigna venerātur.
Sʒ dimiſſis ioānis diſcipulis: q̄d
de eodē ioāne turbis dicat: audia-
mus. Quid exiſtis ī deſtū videre?
Arūdinē vēto agitatā? Qđ videlʒ
cti ⁊ reprobi a ſomno ſue mortis ex
citantur. Lampades ornant: quia
ſua ſecū opera numerant: pro qui-
bus eternam recipere beatitudinē
expectant. Sed lampades fatuarū
virginum extinguunt̃: quia earum
opa q̄ clara hominibus foris appa
ruerunt: i aduētu iudicis intus ob-
ſcurantur: ⁊ a deo retributionē non

inueniunt: quia pro his receperūt laudes quas amauerunt. Quid eſt aūt ꝙ tunc a prudentibus oleū pe tunt: niſi ꝙ in aduentu iudicis cum ſe intus vacuas inuenerit: teſtimonium foris q̄rūt. Ac ſi a ſua fiducia decepte proximis dicant: q2 nos q̄ ſi ſine opere repelli ꝯſpicitis: dicite de noſtris operibus quid vidiſtis. Sed prudentes virgines reſpōdēt dicentes: ne forte non ſufficiat nobis 7 vobis. In illo eni die qd̄ tamē de quibuſdam in pace eccleſie quie ſcentibus loquor ſibimetipſi teſtimonium vniuſcuiuſq3 vix ſufficit: quā tominus 7 ſibi 7 proximo. Ubi 7 ꝓtinus per increpationē ſubdit. Ite poti᷒ ad vendentes: 7 emite vobis. Uenditores quippe olei adulatores ſunt. Qui enim accepta qualibet gratia vanis ſuis laudibus nitorem glorie offerunt: quaſi oleum vendūt. De quo profecto oleo: pſalmiſta dicit. Oleum autē peccatoris non impinguet caput meum. Principale etenim noſtrū caput ē. Ap pellatione autem capitis: ea q̄ ꝑnci pat corpori mens vocat. Impinguat ergo caput oleum peccatoris: cū demulcet mētē fauor adulantis. Sꝫ dū irēt emere: venit ſpōſus: q2 cū vite ſue teſtimoniū a ꝓximis q̄rūt: iudex venit q̄ nō opum ſed cordium teſtis ē. Que āt parate erāt: intrauerunt cum eo ad nuptias: 7 clauſa eſt ianua. O ſi ſapere in cordis palato poſſit q̄d admirationis habet qd̄ dicitur: venit ſponſus: q̄d dulcedinis: intrauerunt cum eo ad nuptias: q̄d amaritudinis: 7 clauſa eſt ianua. Uenit quippe ille q̄ ad uentu ſuo elementa concutit: in cui᷒ conſpectu celū 7 terrā cōtremiſcit. Unde etiam per prophetam dicit. Adhuc ſemel 7 ego mouebo nō ſolum terram: ſed etiam celū. Ad cuius examen omne humanum gen᷒ deducitur: cui ad vindictam malorum: remunerationemq3 bonorum angeli: archangeli: throni: principatus 7 dominationes obſequūt. Penſate fratres chariſſimi ad ꝯſpectum tanti iudicis qui in illo die terror erit: quando iam in pena remedium non erit. Que illa cōfuſio cui reatu ſuo exigente continget in conuentu omniū hominum angelorū q3 erubeſcere: q̄ pauor eum quē trāquillum mens humana capere non valet: etiam iratum videre? Quem diem bene ꝓpheta ītuens ait. Dies ire dies illa: dies tribulatiōis 7 anguſtie: dies calamitat̄ 7 miſie: dies tenebrarū 7 caligis: dies nebule 7 turbis dies tube 7 clāgoris. Pēſate ergo frēs chariſſimi extremi diē iudicij ſup̄ corda reproborū q̄aſpitate ꝓpheta vidit amareſcere: quē tot appellatiōib᷒ non valet explicare. Quāta vero tūc erit electorū leticia: q̄ d ei᷒ merent viſiōe gaudere: d cui᷒ ꝯſpectu vidēt 7 elemēta ꝯtremiſcere: cū eo ſimul ad nuptias intrare: q̄ 7 i ſpōſi nuptijs gaudent 7 tn̄ ipſi ſunt

ſpōſe q² illo eterni regni thalamo
viſioni nr̄e deus coniungit. Que vi
delicet viſio nūquā iā ī ppetuū ab a-
moris ſui āplexib⁹ euellet. Tūc re-
gni ianua lugentibus claudet: que
modo quotidie penitētib⁹ aperit.
Erit nāq₃ ⁊ tunc penitētia: ſed fru-
ctuoſa nō erit: q² nequaq̄ tūc veniā
inueniet: q̄ modo aptū venie tp̄ſ per
dit. Hinc eteni paul⁹ dicit. Ecce nūc
tp̄s acceptabile: ecce nūc dies ſalut̄.
Hic ꝓpheta ait. Querite dn̄m dū i
ueniri pōt inuocate eū dū ꝓpe eſt.
Unde ⁊ eaſdē fatuas virgines inuo-
cātes dn̄s non audit: q² iterduſa re
gni ianua: ijs q̄ ꝓpe eē poterat nūc
per exauditionē: tūc iā ꝓpe nō erit.
Nā ſubditur Nouiſſime veniunt
relique virgines dicentes. Dn̄e dn̄e
aperi nobis. At ille reſpondēs ait.
Amen dico vobis: neſcio vos. Ibi
iā a dn̄o nō poteſt mereri qđ petit:
qui hic noluit audire qđ iuſſit. Qui
tp̄s congrue penitētie perdidit: fru
ſtra ān regni ianua cū p̄cib⁹ venit.
Hinc eſt eni₃ qđ per ſalomonē dn̄s
dicit. Uocaui ⁊ renuiſtis: extendi
manuum meam: ⁊ nō fuit q̄ aſpice-
ret: deſpexiſtis omne cōſilium meū
⁊ increpationes meas neglexiſtis.
Ego quoq₃ in interitu vr̄o ridebo:
⁊ ſub ſannabo cū vob̄ qđ timebatis
aduenerit. Cū irruerit repentina ca
amitas: ⁊ iteritus quaſi tempeſtas
ingruerit Quando venerit ſup̱ vos
tribulatio ⁊ anguſtia: tūc inuoca-
bunt me ⁊ non exaudiam: mane cō
ſurgent ⁊ non inuenient me. Ecce a-
peri clamant: ⁊ repulſionis ſue do-
lore cōpulſe: appellationē dn̄antis
ingeminant dicentes. Dn̄e dn̄e ape
ri nobis. Preces offerūt ſed neſciū-
tur: q² tūc velut icognitos deus de
ſerit: quos modo ſuos p̱ vite meri-
tū nō agnoſcit. Ubi apte quoq₃ ge
neralis ad diſcipulos exortatio ſub
infertur cū dicit. Uigilate itaq₃ q²
neſcitis diem neq₃ horā. Quia pōt
peccata deus penitētiā ſuſcipit: ſi ſci
ret q̄ſq₃ de p̄ſenti ſeculo quo tēpore
exiret: aliud tēpus voluptatib⁹ atq₃
aliud penitētie aptare potuiſſet. S₃
qui penitēti veniā ſpopōdit: peccā-
ti diē craſtinū nō ꝓmiſit. Semp̱ er
go extremū diem debem⁹ metuere:
quē nūq̄ poſſum⁹ preuidere. Ecce
hūc ip̄m diē in quo loq̄mur ad indu-
tiatur ꝯuerſionis accepim⁹: ⁊ tamē
mala q̄ fecim⁹ flere recuſam⁹. Non
ſolū cōmiſſa nō plāgimus: ſ₃ ēt que
defleātur augem⁹. At ſi aliqua nos
egritudo corripiat: ſi ſigna egritudi
nis vicinā mortem denūtient: indu
tias viuēdi q̄rimus: vt peccata nr̄a
defleamus: ⁊ eas cum magno eſtu
deſiderij petimus: quas acceptas
modo pro nichilo habemus. Rem
fratres refero quam ſi intente audi
re vulut caritas veſtra: ex conſidera
tione illius vehementer inſtruetur.
Quidam vir nobilis in valeria pro
uintia Criſarius nomine fuit: quē
lingua ruſtica populus criſeriu₃ vo
cabat: vir valde idoneus ſed tātum

plenus vitijs quãtum rebus: ſuper-
bia tumid⁹ carnis ſue voluptatib⁹
ſubditus: in adquerẽdis reb⁹ aua-
ritie facibus accẽſus. Sed cum tot
eius malis dñs finem ponere decre-
uiſſet: ſicut a religioſo quodam qui
nunc ſuper eſt propinquo illius di
dici: corporis lãguore percuſſus ẽ.
Qui ad extremum veniens: eadem
hora qua iam de corpore erat exitu
rus: apertis oculis vidit tetros ⁊ ni
gerrimos ſpiritus coram ſe aſſiſte-
re: ⁊ vehementer inminere vt ad in
ferni clauſtra ſe raperent. Cepit tre
mere: palleſcere: ⁊ ſudare: ⁊ magis
vocibus inducias petere: filiumqꝫ
ſuum nomine maximum quem ipſe
iam monachus monachum vidi ni
mijs ⁊ turbatis clamoribus voca-
re dicens. Maxime curre: nunquã
tibi aliquid mali feci: in fide tua me
ſuſcipe. Tunc turbatus mox maxi-
mus affuit: lugens ⁊ perſtrepens
familia conuenit. Eos autem quos
ille inſiſtentes ſibi grauiter tollera-
bat: ipſi malignos ſpiritus videre
non poterant. Sed eorum preſen-
tiam in confuſione ⁊ in pallore ⁊ tre
more illi⁹ qui trahebatur videbãt.
Pauore autem tetre eorum imagi-
nis huc illucqꝫ vertebatur in lectulo
Jacebat in ſiniſtro latere aſpectum
eorum ferre nõ poterat vertebatur
ad parietem: ibi aderant. Cũqꝫ con
ſtrictus nimis relaxari ſe iam poſſe
deſperaret: cepit magnis vocibus
clamare dicens. Jnducias vel vſqꝫ
mane inducias vel vſqꝫ mane Sed
cum hec clamaret: in ipſis ſuis voci
bus de habitaculo ſue carnis euul-
ſus eſt. De quo nimirum conſtat: qꝛ
pro nobis iſta non pro ſe vidit: vt
eius viſio nobis proficiat: quos ad
huc diuina patienta longanimiter
expectat. Nam illi tetros ſpiritus
ante mortem vidiſſe ⁊ inducias pe-
tiſſe quid profuit: qui eaſdem indu-
cias quas petijt non accepit? Nos
ergo fratres chariſſimi: nos ſollici
te iſta cogitemus: ne nobis inuacu
um tempora pereant: ⁊ tunc quera
mus ad bene agendum viuere: cũ
iam compellimur de corpore exire
Mementote quid veritas dicat
Orate ne fiat fuga veſtra hyeme
vel ſabbato. Per legis quippe mã
datum ambulare longius in ſabb
to non licet. Hyems quoqꝫ ad am
bulandum impedimentũ ẽ: qꝛ greſ
ſus ambulãtiũ torpor frigoris aſtrĩ
git. Ait ergo. Orate ne fiat fuga ve
ſtra hyeme vel ſabbato. Ac ſi aper-
te dicat. Uidete ne tũc q̃ratis pecca
ta veſtra fugere: quãdo nõ licet am
bulare. Jllud ergo tẽpus quo fuge-
re nõ licet: modo debet cogitari dũ
licet. Jlla hora ẽ noſtri exitus ſemꝑ
intuenda: iſta redemptoris ammo-
nitio ante mẽtis oculos ſemꝑ ponẽ-
da q̃ ait. Uigilate itaqꝫ qꝛ neſcitis
diem neqꝫ horaꝫ. Jnetalitia ꝯfeſſoꝝ
ſecundum lucam. Capi. xij.

In illo tempore: Dixit iesus di/
ſcipulis ſuis. Sint lũbi veſtri p̄
cincti: ⁊ lucerne ardẽtes in manib⁹
veſtris: ⁊ vos ſimiles hominib⁹ ex
pectantibus dominũ ſuũ quãdo re
uertatur a nuptijs. Et reliqua.
Omelia tertiadecima lectiõis eiuſ
dẽ ſancti gregorij pape habita ad
populũ ĩ baſilica btĩ petri apoſtoli.
Sancti euãgelij fratres cha/
riſſimi aperta ẽ vobis lectio
recitata. Sꝫ ne aliquibus ipſa ei⁹
planities alta fortaſſe videatur: eã
ſub breuitate trãſcurrimus: quaten⁹
eius expoſitio ita neſciẽtibus ſit co/
gnita: vt tñ ſciẽtib⁹ nõ ſit oneroſa.
Quia viris luxuria ĩ lumbis ſit: fe
minis autẽ in vmbilico teſtatur do
minus q̇ de diabolo ad beatũ iob
loquitur dicẽs. Uirtus eius in lum
bis eius: ⁊ fortitudo illius in vmbi/
lico vẽtris eius. A pricipali igitur
ſexu lumborũ nomine luxuria deſi/
gnatur: cũ domin⁹ dicit. Sint lũbi
veſtri p̄cincti. Lumbos enĩ p̄cingi
mus: cum carnis luxuriã per conti
nentiã coartam⁹. Sed qꝛ min⁹ eſt
mala nõ agere: niſi ẽt q̇ſqꝫ ſtudeat
⁊ bonis opibus ĩſudare: ꝓtin⁹ ad
ditur. Et lucerne ardẽtes in mani
bus veſtris. Lucernas q̇ppe ardẽ/
tes in manib⁹ tenem⁹: cum ꝑ bona
opa ꝓximis noſtris lucis exẽpla
mõſtram⁹. De q̇bus ꝓfecto opib⁹
dñs dicit. Luceat ĩ lux veſtra corã
hominib⁹: vt videãt opa vr̃a bona
⁊ glorificẽt patrẽ vr̃m q̇ ĩ celis eſt.
Duo aũt ſunt q̄ iubẽtur: ⁊ lũbos re
ſtrigere: ⁊ lucernas tener̄: vt ⁊ mũ
dicia ſit caſtitatꝭ ĩ corpore: ⁊ lumen
veritatꝭ ĩ opatione. Redẽptori ete
nĩ nr̃o vnũ ſine altero placere ne/
quaq̄ poteſt. Si aũt is qui bona
agit adhuc luxurie ĩquinamẽta nõ
deſerit: aut is qui caſtitate p̄emi/
net: necdum ſe per bona opera ex/
ercet. Nec caſtitas ergo magna eſt
ſine bono opere: nec opus bonũ ẽ
aliq̇d ſine caſtitate. Sꝫ ⁊ ſi vtrũqꝫ
agitur: reſtat vt quiſquis ille eſt ſpe
ad ſupernam patriam tendat: ne/
quaq̄ ſe a vitijs pro mundi huius
honeſtate contineat: qui ⁊ ſi bona
quedam aliquando pro honeſtate
inchoat: in eius tamen intentione
non debet permanere: nec ꝑ bona
opera p̄ſentis mundi gloriam que/
rere: ſꝫ totam ſpem in redemptoris
ſui aduentu cõſtituat. Unde ⁊ ꝓti/
nus ſubditur. Et vos ſimiles hoĩ/
bus expectãtib⁹ dñm ſuũ: qñ reuer
tatur a nuptijs. Ad nuptias q̇ppe
dñs abijt: qꝛ r̄ſurgẽs a mõrtuis: aſcẽ
dẽs ĩ celũ ſupnã ſibi multitudinẽ an
gelorꝫ nou⁹ hõ copulauit. Qui tũc
reũit: cũ nobis iã ꝑ iudiciũ mani
feſtat̄. Bñ ãt de ſuis expectãtibus
ſb̄dit̄: vt cũ venerit ⁊ pulſauerit: cõ
feſtĩ apiãt ei. Uenit q̇ppe dñs cum
ad iudiciũ ꝓperat. Pulſat ão: cũ iã
ꝑ egritudinis moleſtiã: eſſe mortẽ
vicinã deſignat. Cui ꝯfeſtĩ apim⁹:
ſi hũc cum amore ſuſcipimus. Api
re enim iudici pulſanti nõ vult: qui

exire de corpore trepidat: ⁊ videre
eū quem cōtēpſiſſe ſe meminit iudi
cem formidat. Qui aūt de ſua ſpe ⁊
operatione ſecurus eſt: pulſanti cō
feſtim apit: quia letus iudicem ſu-
ſtinet: ⁊ cū tempus ꝓpinque mor-
tis agnouerit: de gloria retributio-
nis hilareſcit. Unde ⁊ ꝓtinus ſub-
ditur. Beati ſunt ſerui illi: quos cū
venerit dominus: inuenerit vigilā
tes. Uigilat: q̄ ad aſpectum veri lu
minis mētis oculos apertos tenet.
Uigilat: q̄ ſuat operādo qđ credit.
Uigilat: qui a ſe torporis ⁊ negligē
tie tenebras repellit. Hinc etenim
paulus dicit. Euigilate iuſti: ⁊ noli-
te peccare. Hinc rurſus ait. Hora ē
iā nos de ſomno ſurgere. Sed ve-
niens dominus quid vigilantibus
exhibeat audiamus. Amē dico vo-
bis: q̄ ꝑcinget ſe: ⁊ faciet illos diſ-
cūbere: ⁊ trāſiens miniſtrabit illis.
Precinget ſe: ideſt ad retributionē
preparat. Faciet illos diſcūbere: id
eſt in eterna quiete refoueri. Diſcū-
bere q̄ppe noſtrū: in regno quieſce
re eſt. Unde rurſum dn̄s dicit. Ue-
nient ⁊ recūbent cū abraam iſaac ⁊
iacob. Trāſiens aūt dominus mini
ſtrat: quia lucis ſue illuſtratiōe nos
ſatiat. Tranſire vero dictū eſt: cum
de iudicio ad regnū redit. Uel certe
dn̄s nobis poſt iudiciū trāſit: q꞉ ab
hūanitatis ſue forma: in diuinitatis
ſue ꝯtēplationem nos eleuat. Et trā
ſire eius ē i claritat̄ ſue ſpeculatiōeꝫ
nos ducere cum eum queꝫ in huma
nitate in iudicio cernimus: etiaꝫ in
diuinitate poſt iudiciuꝫ videmus.
Ad iudiciū quippe veniēs i forma
ſerui omnibus apparebit: q꞉ ſcrip-
tuꝫ eſt. Uidebūt in quē trāſfixerūt.
Sed cū reprobi in ſuppliciū corru
unt: iuſti ad claritatis eius gloriam
pertrahūtur: ſicut ſcriptū eſt. Tol-
latur impius: ne videat gloriā dei.
Sed quid ſi ſerui in prima vigilia
negligentes exiſtunt? Prima quip-
pe vigilia: primeuum tempus eſt.
ideſt puericia. Secūda adoleſcētia
vel iuuentus: que auctoritate ſacri
eloquij vnum ſunt dicentis. Letare
iuuenis in adoleſcentia tua. Tertia
auteꝫ ſenectus accipitur. Qui ergo
vigilare in prima vigilia noluit: cu-
ſtodiat vel ſecundam: vt qui conuer
ti a prauitatibus ſuis in puericia ne
glexit: ad vias vite ſaltē in tempore
iuuentutis euigilet. Et qui vigilare
in ſecunda vigilia noluit: tertie vigi
lie remedia nō amittat: vt qui in iu-
uētute ad vias vite n̄ euigilat: ſalteꝫ
in ſenectute reſipiſcat. Prima q̄ppe
vigilia: prime etat̄ cuſtodia eſt. Sꝫ
neqꝫ ſic deſperandum eſt: ⁊ a bono
opere ceſſandum. Nam longanimi
tatis ſue patientiam inſinuat domi
nus cū ſubdit. Et ſi venerit i ſecūda
vigilia: ⁊ ſi in tertia vigilia: ⁊ ita in-
uenerit beati ſunt ſerui illi. Penſate
fratres chariſſimi: quia cōcluſit dei
pietas duriciam noſtram. Non eſt
iam quid homo excuſationis inue
niat. Deꝰ deſpicitur ⁊ expectat con

contempni ſe videt ⁊ reuocat. Iniu-
riam de contemptu ſuo ſuſcipit: ⁊
tamen qandoqꝫ reuertentibus etiã
premia promittit. Sed nemo hanc
eius lõganimitatẽ negligat: quia tã
to diſtrictorẽ iuſticiam in iudicio ex
ercet: quanto longiorem patientiã
ante iudicium pro rogauit. Hinc et
enim paulus dicit. An ignoras qm̃
benignitas dei ad penitentiaꝫ te ad
ducit: Tu autem ſecundum duriti/
am tuam ⁊ cor in penitẽtes: theſau/
riças tibi iram in die ire ⁊ reuelati/
onis iuſti indicij dei. Hinc pſalmi/
ſta dicit. Domin⁹ iuſtus iudex: for/
tis ⁊ longanimis. Dicturus quippe
longanimem p̄miſit iuſtum: vt quẽ
vides peccata delinquentium diu
patienter ferre: ſcias hunc etiã quã/
doqꝫ diſtricte iudicare. Hic p̱ quẽ/
dam ſapientem dicitur. Altiſſimus
eſt enim patiens redditor. Patiens
enim redditor dicitur: qnia pecca/
ta hominũ ⁊ patitur ⁊ reddit. Naꝫ
quos diu vt cõuertant̃ tollerat: nõ
cõuerſos duri⁹ damnat. Ad excuti
endam vero mentis noſtre deſidiã
etiam exteriora damna per ſimilitu
dinem ad medium deducuntur: vt
per hec aĩus ad ſui cuſtodiam ſuſci
tetur. Nam dicitur. Hoc autem
ſcitote: qa ſi ſciret paterfamilias q̃
hora fur veniret: vigilaret vtiqꝫ ⁊
non ſineret perfodi domum ſuam.
Ex qua premiſſa ſimilitudine: etiã
exortatio ſubinfertur cum dicitur.
Et vos eſtote parati: qa qua hora
nõ putatis filius hominis veniret.
Neſciente ⁊ eniꝫ patrefamiliaſ fur
domũ perfodit quia duꝫ a ſua cuſto
dia ſpiritus dormit: ĩprouiſa mors
veniens carnis noſtre habitaculũ
irrumpit. ⁊ eum quem dominũ do/
minus inuenerit dormienteꝫ necat.
Quia cum ventura damna ſpiritus
minime preuidet: hũc mors ad ſup
plicium neſcientem rapit. Furi aũt
reſiſteret ſi vigilaret: quia aduentũ
iudicis qui oculte animaꝫ rapit pre
cauens: ei penitendo occurreret: ne
impenitens periret. Horam vero vl
timam dominus noſter iccirco vo/
bis voluit eſſe in cogitaꝫ: vt ſemper
poſſit eſſe ſuſpecta: vt dum illam p̄/
uidere non poſſumus: ad illam ſine
intermiſſione preparemur. Proide
fratres mei in cõditione mortalita/
tis veſtre mentis oculos figite veni
niẽti vos iudici per fletus quotidie
⁊ lamẽta p̄parate. Enim certa mors
maneat omnibus: nolite de tempo
ralis vite prouidentia in certa cogi/
tare. Terrenarum rerum vos cura
nõ agrauet. Quãtiſlibet enim auri
⁊ argenti molibus circundetur: qui
buſlibet pretioſis veſtibus indua/
tur caro: qd eſt aliud q̄ caro? No/
lite ergo attendere quid habetis: ſꝫ
quid eſtis. Vultis audire qd eſtis?
Propheta indicat dicens. Vere fe/
num eſt populus. Si enim fenum
populus non eſt: vbi ſunt illi qui ea
que colimus hodie vobiſcum tranſ
acto anno beati felicis natalitia cele

drauerunt? O quãta ⁊ qualia de p̄-
ſentis vite prouiſione cogitabant:
ſed ſub repente mortis articulo: re-
pente in is que preuidere nolebant
inuenti ſunt: ⁊ cuncta ſimul tempo-
ralia que tractata quaſi ſtabiliter te
nere videbantur: amiſerunt. Si er-
go trãſacta multitudo generis hu-
mãi p natiuitatẽ viruit in carne: per
mortem aruit in puluere: videlicet
fenum fuit. Quia igitur momentis
ſuis hore fugiũt: agite fratres cha-
riſſimi vt in boni operis mercede te
neantur. Audite q̄d ſapiẽs ſalomõ
dicat. Qđ cũq; poteſt manus tua
facere: inſtãter operare: q; nec opꝰ
nec ratio: nec ſapientia: nec ſcientia
erunt apud inferos quo tu prope-
ras. Quia ergo ⁊ venture mortis
tempus ignoramus: ⁊ poſt morteʒ
operari non poſſumus ſuper eſt: vt
ante morteʒ tempora indulta rapia
mus. Sic enim ſic mors ipſa cũ ve-
nerit vincitur: ſi priuſq̄ veniat ſem-
per timeatur. Lectio ſancti euan
gelij ſecundũ ioannem. Cap. x.

In illo tempore: dixit ieſus diſci
pulis ſuis. Ego ſum paſtor bo-
nus: bonus paſtor aĩaʒ ſuaʒ ponit:
pro ouibus ſuis. Mercenarius ãt
⁊ q̄ nõ eſt paſtor cuius noſtre oues
proprie: videt lupum venientem: ⁊
dimittit oues ⁊ fugit: ⁊ reliqua.

Omelia quartadecia lectiõis eiuſ-
deʒ beati gregorij pape: habita ad
populũ: i baſilica btĩ petri apoſtoli.

Audiſtis frẽs chariſſimi ex le
ctione euangelica eruditionem ve-
ſtram audiſtis ⁊ periculum noſtrũ.
Ecce enim is qui non ex accidenti
dono ſed eſſentialiter bonus eſt: di-
cit ego ſum paſtor bonꝰ. Atq; eiuſ-
dem bonitatis formam quam nos
imitemur adiungit dicens. Bonus
paſtor animam ſuaʒ ponit pro oui
bus ſuis. Fecit qđ monuit: oſten
dit qđ iuſſit. Bonus paſtor pro oui
bus ſuis animaʒ ſuam poſuit: vt in
ſacramento noſtro corpus ſuum ⁊
ſanguinem verteret: ⁊ oues quas
redemerat carnis ſue alimẽto ſatia
ret. Oſtenſa nobis eſt igitur de cõ
temptu mortis via quam ſequamur
appoſita forma cui iprimamur. Pri
mũ nobis eſt: exteriora noſtra mi-
ſericorditer ouibus eius impẽdere
poſtremum vero ſi neceſſe ſit etiam
mortem noſtram pro eiuſdem oui-
bus miniſtrare. A primo autẽ hoc
minimo: peruenitur ad poſtremuʒ
maius. Sed cum incõparabiliter
longe ſit melior anima qua viuimꝰ
terrena ſubſtantia quam exterius
poſſidemus: qui non dat pro ouibꝰ
ſubſtantiam ſuam quando pro his
daturus eſt: animam ſuam ⁊ ſunt
nonnulli: qui dum plus terrenam
ſubſtantiam quam oues diligunt
merito nomen paſtoris perdunt
De quibꝰ ꝓtinus ſubditur. Mer
cenarius autem ⁊ qui non eſt pa-
ſtor cuius non ſunt oues proprie
videt lupum venientem: ⁊ dimittit

oues ⁊ fugit. Non paſtor ſed mercenarius vocat: q non p amore intimo oues dominicas: ſed ad tēporales mercedes paſcit. Mercēnarius q̄ppe eſt: q locū quidem paſtoris tenet: ſed lucra animaꝝ nō querit: terrenis cōmodis inhiat: honore plationis gaudet: temporalib' lucris paſcit impenſa ſibi ab hominibus reuerētia letatur. Iſte ſunt etenim mercedes mercēnarij: vt p eo ipſo qd in regimine laborat: hic qd querit iueniat: ⁊ ab hereditate gregis in poſterꝝ alien' exiſtat. Utrū vero paſtor ſit an mercēnarius cognoſci veraciter non poteſt: ſi occaſio neceſſitatis deeſt. Tranquillitatis eniz tempore plerūqꝫ ad gregis cuſtodiam ſicut verus paſtor: ſic et mercennarius ſtat: ſed lupus veniens indicat: quo q̄ſqꝫ animo ſuper gregis cuſtodiā ſtabat. Lupus etenim ſuper oues venit: cum quilibet iniuſt' vel raptor fideles quoſqꝫ atqꝫ humiles opprimit. Sed is qui paſtor eſſe videbatur ⁊ non erat reliquit oues ⁊ fugit: quia duz ſibi ab eo periculum metuit: reſiſtere ei' iniuſticie non preſumit. Fugit autem non mutando locum: ſed ſubtrahendo ſolatium. Fugit: quia iniuſticiā vidit ⁊ tacuit. Fugit: q2 ſe ſub ſilentio abſcondit. Quibus bene p prophetam dicitur. Non aſcendiſtis ex aduerſo: neqꝫ oppoſuiſtis murum pro domo iſrael: vt ſtaretis in prelio in die domini. Ex aduerſo quippe aſcēdere eſt: quibuſlibet poteſtatibus praue agentibus rationis libera voce contraire. Et in die domini pro domo iſrael in p̄lio ſtamus: ac murum opponimus: ſi fideles innocentes contra peruerſorum iniuſticiaz ex iuſticie auctoritate vindicamus. Qd quia mercenarius nō facit: cū venientez lupuz viderit: fugit. Sz eſt alius lup' qui ſine ceſſatione quotidie non corpora ſed mentes dilaniat: malignus videlicet ſpiritus: qui caulas fidelium inſidians circuit: ⁊ mortem animarum querit. De quo lupo mox ſbditur: ⁊ lupus rapit: ⁊ diſpergit oues. Lupus venit ⁊ mercennarius fugit: quia malignus ſpiritus mentes fidelium in temptatiōe dilaniat: ⁊ is qui locum paſtoris tenet: curaz ſollicitudinis non habet. Anime pereunt: ⁊ ipſe de terrenis commodis letatur. Lup' rapit ⁊ diſpgit oues: cum alium ad luxuriam pertrahit: alium in auaritia accendit: alium in ſuperbiam erigit: alium per iracundiam diuidit: hunc inuidia ſtimulat: illum fallacia ſupplantat. Quaſi ergo gregem lupus diſſipat: cum fidelem populuz diabolus per temptationes necat. Sed contra hec mercenarius nullo çelo accenditur: nullo feruore dilectionis excitatur: quia dum ſolum exteriora commoda requirit: interiora gregis damna negligenter patitur. Unde ⁊ mox adiungitur. Mercennarius

autē fugit: quia mercēnari⁹ eſt ꝛ nō
pertinet ad eū de ouibus. Sola er-
go cauſa eſt vt mercēnarius fugiat
quia mercēnarius eſt. Ac ſi aperte
diceretur. Stare in periculo oui-
um non poteſt: quia in eo qđ ouib⁹
preeſt: nō oues diligit ſ; lucrū ter-
renum querit. Dum enim honorem
amplectitur: dū tēporalibus cōmo
dis letatur: opponere ſe cōtra peri
culum trepidat: ne hoc qđ diligit
amittat. Sed quia redēptor noſter
culpas ficti paſtoris innotuit: iterū
formā cui debeamus imprimi oſtē
dit dicēs. Ego ſum paſtor bonus:
atq; ſbiūgit: ꝛ cognoſco meas: hoc
eſt diligo: ꝛ cognoſcūt me mee: acſi
apte dicat: diligētes ꝟo obſequūt.
Qui eni ꝟitatem nō diligit: adhuc
minime cognouit. Quia ergo audi-
ſtis fratres chariſſimi periculū no-
ſtrum: penſate in verbis dominicis
etiā periculū veſtrū Uidete ſi oues
eius eſtis: videte ſi eū cognoſcitis:
videte ſi lumē veritat; ſcitis. Scitis
aūt dico nō per fidē: ſed per amorē.
Scitis dico non ex credulitate: ſed
ex operatione. Nam idem ipſe qui
hec loqtur ioānes euāgeliſta teſta-
tur dicēs. Qui dicit ſe noſſe deum ꝛ
mandata eius nō cuſtodit: mēdax
eſt. Unde et hoc in loco dominus
protinus ſubdit. Sicut nouit me pa
ter ꝛ ego agnoſco patrē ꝛ animam
meam pono pro ouibus meis. Ac
ſi aperte dicat. In hoc ꝯſtat quia ꝛ
coguoſco patrē ꝛ cognoſcor a patre
quia animā meā pono pro ouibus
meis: id eſt ea charitae q̄ ꝓ ouibus
morior: quātū patrē diligā oſtēdē-
do. Quia vero non ſolū iudeos: ſed
etiam gētilitatē redimere venerat:
adiungit. Et alias oues habeo que
nō ſunt ex hoc ouili: ꝛ illas opor-
tet me adducere: ꝛ vocē meam au-
diēt ꝛ fiet vnū ouile ꝛ vnus paſtor.
Redemptionem noſtram qui ex
gentili populo venimus dominus
aſpexerat: cum ſe adducere ꝛ alias
oues dicebat. Hoc q̄tidie fieri fra-
tres aſpicitis: hoc reconciliatis pro
gentilibus factum hodie vidiſtis.
Quaſi enim ex duobus gregibus
vnum ouile efficit: quia iudaicum
et gentilem populum in ſua fide
coniungit: paulo atteſtante qui ait.
Ipſe ē pax noſtra: qui fecit vtraq;
vnum. Dum enim ad extremā vitā
ex vtraq; natione ſimplices eligit:
ad ouile ꝓprium oues deducit.
De quibus profecto ouibus rurſū
dixit. Oues mee vocem meam au-
diunt: ꝛ ego cognoſco eas: ꝛ ſequū
tur me: ꝛ ego vitam eternā do eis.
De quibus ꝛ paulo ſuperius dixit.
Per me ſi quis introierit ſaluabit:
ꝛ igredietur ꝛ egredietur: ꝛ paſcua
inueniet. Ingredietur quippe ad fi
dem: egredietur vero a fide ad ſpe-
cie;: a credulitate ad contemplatio-
nem. Paſcua autem inueniet in eter
na refectione. Oues ergo eius pa-
ſcua inuenient: quia quiſquis illum
corde ſimplici ſequitur: eterne viri-

BIBLIOTECA
MARES

diratis pabulo nutritur. Que autē
ſunt iſtarum ouiū paſcua: niſi inter
na gaudia ſempiterne virentis pa-
radiſi? Paſcua nāq; electorum ſunt
vultus preſentis dei: qui dū ſine de
fectu ꝯſpicitur: ſine fine mēs vite ci
bo ſatiatur. In iſtis paſcuis de eter
nitatis ſatietate leti ſunt: quiq; iam
laqueos voluptuoſe tpalitatis eua-
ſerūt. Ibi hymnidici angeloꝝ cho-
ri: ibi ſocietas ſupernoꝝ ciuium: ibi
dulcis ſolennitas a peregrinatiōis
huius triſti labore redeuntium: ibi
ꝓuidi prophetaꝝ chori: ibi iudex
duodecim apoſtoloꝝ numerus: ibi
innumerabiliū martyrū victor exer
citus: tanto illic letior: quāto hic du
rius afflictus: ibi ꝯfeſſoꝝ conſtātia
p̄mij ſui perceptione ꝯſolata: ibi fi-
deles viri quos a virilitatis ſue ro-
bore voluptas ſeculi emollire non
potuit: ibi ſancte mulieres: que cū
ſeculo ⁊ ſexū vicerūt: ibi pueri qui
hic annos ſuos moribus trāſcende
runt: ibi ſenes: quos hic ⁊ etas de-
biles reddidit: ⁊ virtus operis nō
reliquit. Queramus ergo frēs hec
paſcua in quibus cū tantoꝝ ciuiū
ſolennitate gaudeamus. Ipſa nos
letantiū feſtiuitas inuitet. Certe ſi-
cubi populus nundinas celebraret:
ſi ad alicuius eccleſie dedicationem
denunciata ſolennitate cōcurreret:
feſtinaremus oēs ſimul īueniri: in-
tereſſe vnuſquiſq; satageret: graui
ſe damno afflictū crederet: ſi ſolen-
nitatē cōmunis leticie non videret.
Ecce in celeſtibus electoꝝ ciuiū le-
ticia agitur: viciſſim de ſe oēs in ſuo
ꝯuētu gratulanť: ⁊ tn̄ nos ad amo
rem eternitatis tepidi nullo deſide-
rio ardemus. Intereſſe tante ſolen-
nitati nō querimus: priuamur gau
dijs: ⁊ leti ſumus. Accendamus er
go animum frēs: recaleſcat fides in
id qđ credidit: inardeſcant ad ſup-
na noſtra deſideria: ⁊ ſi amare iam
ire eſt ab eterne ſolēnitatis gaudio
nulla nos aduerſitas reuocet: quia
⁊ ſi quis ad locū propoſitū ire de-
ſiderat: ei⁹ deſiderium quelibet vie
aſperitas non immutat. Nulla nos
proſperitas blādiens ſeducat: quia
ſtultus viator eſt: qui ī itinere ame
na prata ꝯſpiciēs obliuiſcitur: quo
tēdebat. Toto ergo deſiderio ad ſu-
pnā patriā aīus anhelet: nihil ī hoc
mundo appetat qđ cōſtat q꞉ citius
relinqt: vt ſi celeſtis paſtoris veraci
ter oues ſum⁹ q꞉ ī vie delectatōe nō
figimur eternis paſcuis ī ꝯuētione
ſatiemur: ipſo adiuuāte q̄ viuit ⁊ re
gnat cū patre ⁊ ſpū ſancto in ſecula
ſeculorum. amen. Lectio ſancti euā
gelij ſecundum lucam. Cap. viij.

In illo tempore. Dixit ieſus
turbis ſimilitudinem hanc.
Exijt qui ſeminat: ſeminare ſemen
ſuum: ⁊ dum ſeminat: aliud cecidit
ſecus viam ⁊ conculcatum eſt: ⁊ vo-
lucres celi comederunt illud: aliud
cecidit ſup petrā: ⁊ natū aruit q꞉ nō
hēbat humorē: ⁊ reliqua. Ome
lia decimaqnta lectiōis eiuſdē bea

ti gregorij pape habita ad populū in baſilica beati pauli apoſtoli.

Ectio ſancti euangelij quam modo fratres chariſſimi au/diſtis expoſitione non indiget: ſed admonitione. Quam enim per ſe/metipſam veritas expoſuit: hanc di ſcutere humana fragilitas non pre ſumit. Sed eſt qđ ſollicite in hac ip ſa expoſitiōe dominica penſare de/beatis: quia ſi nos vobis ſemen ver bū: agruꝫ mundū: volucres demo/nia: ſpinas diuitias ſignificare dice remus: ad credendum nobis mens forſitan veſtra dubitaret. Unde ⁊ idem dominus per ſemetipſum di gnatus eſt exponere qđ dicebat: vt ſciatis rerū ſignificationes querere in his etiam que per ſemetipſum no luit explanare. Exponēdo ergo qđ dixit: figuraliter ſe loqui innotuit: quatinus vos certos redderet: cuꝫ vobis noſtra fragilitas verborum illius figuras aperiret. Quis enim mihi vnꝙ crederet: ſi ſpinas diui/tias interpretari voluiſſem: maxi/me cuꝫ ille pungant: iſte delectēt. Et tamē ſpine ſūt: qꝛ cogitationū ſua/rum punctionibus mentē lacerāt: ⁊ cū vſqꝫ ad peccatū ꝑtrahunt: quaſi inflicto vulnere cruentāt. Quas bñ h̄ ĩ loco: alio euāgeliſta teſtante ne/quaꝙ domin⁹ diuitias ſed fallaces diuitias appellat. Fallaces etenim ſūt: que nobiſcuꝫ diu ꝑmanere nō poſſunt. Fallaces ſunt: que mētis noſtre inopiam non expellunt. So le autem diuitie vere ſunt: que nos diuites virtutibus faciunt. Si ergo fratres chariſſimi eſſe diuites cupi/tis veras diuitias amate. Si culmē veri honoris q̄ritis: ad celeſte regnū tendite. Si gloriaꝫ dignitatum dili gitis: in illa ſuperna angelorum cu/ria adſcribi feſtinate. Uerba domi ni que aure percipitis: mente retine te. Cibus enīꝫ mentis eſt ſermo dei ⁊ quaſi acceptus cibus ſtomacho languente reijcitur: quando audit⁹ ſermo in ventre memorie non tene tur. Sed quiſquis alimenta non retinet: huius profecto vita deſpe/ratur. Eterne ergo mortis pericu/lum formidate: ſi cibuꝫ quidem ſa/cre exhortationis accipitis: ſꝫ ver/ba vite ideſt alimēta iuſticie in me/moria non tenetis. Ecce tranſit om ne qđ agitis: ⁊ ad extremum iudi/cium ſine vlla momenti interpoſiti one quotidie volētes nolēteſqꝫ pro/peratis. Cur ergo amatur qđ relin/quitur? Cur illud negligitur quo ꝑ/uenitur? Memētote qđ dicit. Si quis habet aures audiendi audiat. Omnes enim qui illic aderant au/res corporis habebant: ſed quia cū ctis aures habētibus Si qs hꝫ au/res audiēdi audiat dicit: aures pro culdubio cordis req̄rit. Curate er/go vt acceptus ſermo in cordis au re remaneat: curate ne ſemen iuxta viā cadat: ne malign⁹ ſpūs veniat ⁊ a memoria ꝟbū tollat. Curate ne pe troſa terra ſemen excipiat: ⁊ fructū

boni operis ſine pſeuerãtie radicib⁹
mittat. Multis enĩ libet qd audiũt:
boni opis initia ꝓponunt: ſed mox
vt fatigari aduerſitatibus ceperũt
inchoata derelinquunt. Petroſa er
go terra humorẽ non habuit: q̃ hoc
qd germinauerat ad fructũ pſeue-
rantie non perduxit. Multi nanqꝫ
cum verbũ contra auariciã audiũt
eãdẽ auariciam deteſtantur: rerum
omnium contẽptum laudant. Sed
mox vt viderit eorum animus qd
concupiſcat: obliuiſcitur qd lauda-
bat. Multi cũ verbũ contra luxuri
am audiũt: pollutiones carnis non
ſolum ppetrare non appetunt: ſed
etiã ppetrata erubeſcũt: ſed mox vt
carnis ſpecies eoꝝ oculis apparet:
ſic mens ad deſideriũ rapitur: ac ſi
adhuc ab ea nihil ſit ꝯtra hec eadẽ
deſideria deliberatũ. Et dãnãda
agit q̃ quicqd egiſſe ſe meminit iaꝫ
⁊ ipſe dãnauit. Sepe etiã contra
culpas cõpungimur: ⁊ tamen poſt
fletũ ad eaſdẽ culpas redim⁹. Sic
balaam iſraelitici populi taberna-
cula cõtẽplat⁹: fleuit eiſqꝫ ſe ſimileꝫ
fieri in morte depoſcit dicẽs. Mo-
riat᷑ anima mea morte iuſtoꝝ: ⁊ fi-
ant nouiſſima mea hoꝝ ſimilia. Sꝫ
mox vt hora ꝯpũctionis tranſit: in
auaricie nequiciã exarſit. Nam ꝓ-
pter ꝓmiſſa munera i eiuſdẽ popu
li morte cõſiliũ dedit: cuius mortis
ſe fieri ſimilẽ optauit: ⁊ oblitus eſt
qd plãxerat: cũ extinguere noluit qd
per auariciã ardebat. Notãdũ ve
ro eſt qd exponẽs dominus dicit:
qꝛ ſollicitudines: voluptates ⁊ di-
uitie ſuffocãt verbũ. Suffocãt enĩ
quia importunis cogitationib⁹ ſu-
is gutture mẽtis ſtrãgulãt: ⁊ dum
bonũ deſideriũ intrare ad cor non
ſinũt: quaſi aditũ flatus vitalis ne-
cant. Notãdum etiam ꝙ duo ſunt
que diuitijs iũgit: ſollicitudines vi
delicet ⁊ voluptates: quia ꝓfecto ⁊
per curã mẽtẽ opprimũt: ⁊ p afflu-
entiã reſoluunt. Re enim cõtraria
poſſeſſores ſuos ⁊ afflictos ⁊ lubri
cos faciũt. Sed quia voluptas cõ-
uenire non poteſt cum afflictione
alio quidẽ tẽpore p cuſtodie ſue ſol
licitudinẽ affligũt: atqꝫ alio p abũ-
dãtiã ad voluptates emoliũt. Ter-
ra autẽ bona fructũ per patiẽtiam
reddit: quia ſcilicet nulla ſunt bona
q̃ agimus: ſi nõ equanimiter etiaꝫ
ꝓximorũ: mala toleramus. Quan
to enim quis altius ꝓficerit: tanto
in hoc mundo inueniet qd durius
portet: quia cũ a preſenti ſeculo mẽ
tis noſtre delectatio deficit: eiuſdẽ
ſeculi aduerſitas creſcit. Hic eſt enĩ
ꝙ pleroſqꝫ cernim⁹ ⁊ bona agere:
⁊ tamẽ ſub graui tribulationũ faſce
deſudare. Terrena nãqꝫ iam deſi-
deria fugiũt: ⁊ tamẽ flagellis durio
ribus fatigãtur. Sed iuxta vocem
domini fructũ p patientiã reddũt:
qꝛ cuꝫ humiliter flagella ſuſcipiũt:
poſt flagella ad requiẽ ſblimiter ſu-
ſcipiũtur. Sic vua a calcãtibus tũ-
ditur: ⁊ i vini ſaporẽ liquatur. Sic

oliua cõcuſſionibꝰ expreſſa amur-
cam ſuam deſerit. ⁊ in olei liquorẽ
pingueſcit. Sic per triturã aree a
paleis grana ſeparantur: ⁊ ad or-
reum purgata perueniunt. Quiſ-
quis ergo apperit plene vitia vin
cere: ſtudeat humiliter purgatio
nis ſue flagella tollerare. vt tanto
poſt ad iudicem mundior veniat
quanto nunc eius rubiginẽ ignis
tribulatiõis purgat i ea portícu q̄
eũtibus ad eccelſiã beati clemẽtis
ē ꝑ via fuit quidã ſeruulus nomĩe
quem multi veſtrum mecum noue
runt. rebus pauper meritis diues
quem longa egritudo diſſoluerat
Nam a primeua etate vſqꝫ ad fi-
nem vite. paralyticus iacebat.
Quid dicam? Quia ſtare non po
terat. qui nunquã in lectio ſuo ſur
gere vel ad ſedendum valebat. nũ
quam manũ ſuã ad os ſuũ ducere
nũquã ſe potuit in latus aliud de
clinare. Huic ad ſeruiendum ma-
ter cum fratre: aderãt ⁊ quicquid
ex elemoſina potuiſſet acipe. hoc
eorũ manibus pauperibuſ eroga
bat. Nequaquaꝫ litteras nouerat
ſed ſcripture ſacre ſibimet codices
emerat: ⁊ religioſos quoſqꝫ in ho
ſpitalitate ſuſcipiens: hos corã ſe
legere ſine intermiſſione faciebat.
Factumqꝫ eſt: vt quantũ ad men
ſurã propriã attinet plene ſacram
ſcripturã diſceret. cum ſicut dixi
litteras funditus ignoraret. Stu
debat in dolore ſemper gratias a
gere: hymnis deo ⁊ laudibus die
bus: ac noctibus vacare. Sed cũ
iam tempus eſſet. vt tanta eius pa
tientia remunerari debuiſſet mẽ-
brorum dolor ad vitalia rediit. Cũ
qꝫ ſe iam morti proximũ agnouit
peregrinos viros atqꝫ in hoſpita
litate ſuſceptos admonuit vt ſur-
gerent: ⁊ cum eo pſalmos pro ex
pectatione ſui exitus decantarẽt.
Cumqꝫ cũ eis ⁊ ipſe moriens pſal
leret: voces pſallentiuꝫ repente cõ
peſcuit cum terrore magni clamo
ris dicens. Tacere: tacere. Num
quid non auditis quante reſonãt
laudes in celo. Cumqꝫ ad eaſdem
laudes quas intus audierat. aure
cordis intenderet. ſancta illa ani-
ma carne ſoluta eſt. Sed exeũte
illa tanta illic fragrantia odoris a
ſperſa eſt. vt omnes qui illic ade-
rãt ineſtimabili ſuauitate replerẽ
tur. Ita vt per hoc patenter agnoſ
cerent: q̄d eã laudes in celo ſuſce-
piſſent. Cui rei monachus noſter
interfuit qui nunc vſqꝫ viuit. ⁊ ma
gno fletu teſtari ſolet quia quouſ-
qꝫ corpus eius ſepulture tradere-
tur. ab eorum naribus odoris illi-
us fragrãtia nõ receſſit. Ecce quo
fine ex hac vita exiit qui in hac vi-
ta equanimitis flagella tollerauit
Iuxta vocem ergo dominicã bo-
na terra fructũ per patientiã redi
dit que exarata diſcipline vomere
ad remunerationẽ ſegetis ꝑuenit
Sed vos rogo fratres intendite

qđ excuſationis argumentum in
illo diſtricto iuditio habituri ſu/
muſ nos qui a bono opere torpen
tes : ⁊ res ⁊ manus accepimus. ſi
precepta dominica egenus ⁊ ſine
manibus impleuit: Non contra
nos dominus tūc apoſtolos oſtē
dat qui ad regnum ſecum turbas
fidelium predicando traxerunt.
Non contra nos martyres ex hi
beat: qui ad celeſtem patriaȝ ſan/
guineȝ fundendo peruenerunt.
Quid tunc dicturi ſumus cū hūc
de quo locuti ſumus ſeruulum vi
derimus. cui longus langor bra/
chia tenuit ſed tamen hec a bono
opere non ligauit: Hec vobiſcum
fratres agite ſic vos ad ſtudiū bo
ni operis inſtigate: vt cuȝ bonos
vobis modo ad imitandum pro/
ponitis. eorū tūc cōſortes eē valea/
tis. ipſo adiuuāte q̄ cū patre ⁊ ſpū
ſancto viuit ⁊ Lectio ſācti euan
gelij. ſecundum matheū. Capi. iiij.

In illo tempore. Ductuſ eſt
ieſus in deſertum a ſpiritu:
vt tēptaretur a diabolo ⁊ cū ieiu/
naſſet quadraginta diebus ⁊ qua
draginta noctibus poſtea eſuriit
⁊ accedens temptor dixͭ ei. Si fili
us dei es dic vt lapides iſti panes
fiant: ⁊ reliqua.

Omelia xv j. lectio eiſdē btī gre
gorij pape habita ad populū i ba/
ſilica beati ioānis lateranenſis.

Ubitari a quibuſdaȝ ſolet
a q̄ ſpū ſit ihs ductus in de/
ſertum propter hoc quod ſubdiť
Aſſumpſit eū diabolus in ſanctaȝ
ciuitatem ⁊ rurſum. Aſſumpſit in
montē excelſuȝ. Sed vere ⁊ abſqȝ
vlla queſtione conuenienter accipi/
tur vt a ſancto ſpiritu in deſertum
ductus credatur vt illic eum ſuus
ſpiritus duceret. vbi hunc ad tem
ptandum ſpiritus malignus inue
niret. Sed ecce cum dicitur: deuſ
homo vel in ex celſum monteȝ vel
in ſanctā ciuitateȝ aſſumptus a dia
bolo mens refugit humane hoc
audire aures expaueſcunt cum ta
men non eſſe in credibilia iſta co/
gnoſcimus ſi in illo ⁊ alia facta pē
ſamus. Certe iniquorum omniuȝ
diabolus caput eſt: ⁊ huius capi/
tis mēbra ſunt omnes iniqui. An
non diaboli membrum pilatus.
An non diaboli mēbra iudei chri
ſtum perſequentes ⁊ milites cru/
cifigentes fuerunt. Quid ergo mi
rum ſi ſe ab illo permiſit in mon/
tem duci ⁊ temptari: qui ſe pertu/
lit etiam a membris illius crucifi/
gi. Non eſt ergo indignum redē/
ptori noſtro quod temptari volu
it: qui venerat occidi. Juſtum q̄p
pe erat vt ſic temptatiōes noſtras
ſuis tēptatiōib⁹ vinceret: ſic mor
tē nr̄aȝ venerat ſua morte ſupare.
Sed ſciēdū nobis ē q̄ trib⁹ mōiſ
tēptatio agiť ſuggeſtiōe: delecta/
tiōe cōſenſu: ⁊ nos cū tēptamur.
plerūqȝ i delectatiōeȝ aut ētiā incō
ſenſum labimur q̄ de carnis pec/

cato ꝓpagati in nobis ipſis etiaꝫ
gerimus vnde certamina tolera-
mus: Deus vero q̄ in vtero virgi-
nis incarnatus in mūdū ſine pec
cato venerat nil cōtradictiōis ī ſe
metipſo tolerabat. Tēptari ergo
ꝑ ſuggeſtionē potuit ſed eius mē-
tē peccati d̄lectatio nō momordit
atqꝫ ideo oīs diabolica illa tēpta-
tio: foris nō intus fuit. Sed ſi ip-
ſuꝫ ordinē tēptatiōis eiꝰ aſpicimꝰ
pēſamus quāta magnitudine noſ
a tēptatione liberamur. Antiquis
hoſtis cōtra primū hominē parē
tem nr̄m in tribus ſe tēptatiōibꝰ
erexit. qꝛ hūc videlicet gula vana
gloria ⁊ auaritia temptauit. ſed tē
ptando ſuperauit: quia ſibi eum ꝑ
cōſenſum ſubdidit. Ex gula quipi
pe temptauit. cū cibum ligni vetit
oſtendit atqꝫ ad comedenduꝫ ſua
ſit dicens guſtate. Ex vana auteꝫ
gloria temptauit cū diceret. Eritiſ
ſicut dij. Et ex prouētu auaritie tē
ptauit cum diceret. Scientes bo-
nū ⁊ malū. Auaritia autē non ſo-
lum pecunie eſt ſed etiā ſublimita-
tis. Recte enim auaritia dicit̄ cū
ſupra modum ſublimitas ambit̄.
Si enim non ad auaritiam hono
ris rapina pertineret nequaquaꝫ
paulus de unigenito dei filio dice
ret. Non rapinam arbitratus eſt
eſſe ſe equalē deō. In hoc ergo dia
bolus parentem noſtrum ad ſup
biā trax̄: q̄ eum ad auaritiaꝫ ſub
limitatis excitauit. Sed quibus
modis primum hominē ſtrauit
eiſdem modis. ſecundo homini tē
ptato ſuccubuit. Per gulam quip-
pe temptat q̄ dicit. Dic vt lapides
iſti panes fiant. Per vanam glori
am temptat cū dicit. Si filius dei
es mittete deorſum. Per ſublimi
tatis auaritiam tēptat. cum regna
oīa mūdi oſtēdit dicēs. Hec oīa ti
bi dabo. ſi ꝓcidēs adoraueriſ me.
Sed hiſdē modis a ſecūdo hoīe
vincit̄. qbꝰ primū hominē ſe viciſ
ſe gloriatur. Ut anris cordibꝰ ipō
aditu captuſ exeat: q̊ nos aditu in
tromiſſus tenebat. Sed ē aliō fra
tres chariſſimi qđ in hac tēptatōe
dn̄ica cōſiderare debemus. Qꝛ tē-
ptatuſ a diabolo dn̄s ſacri eloq̄ꝫ p̄
cepta. Reſpōdit Et q̄ eo ꝟbo qđ
erat tēptatorē ſuū mergere ī abyſ
ſuꝫ poterat ꝟtutis ſue potētiā nō
oſ̄dit. Sola diuine ſcripture p̄ce-
pta dedit. Quatinus nobis ſue pa
tiētie p̄beret exēplū vt q̄tiēs apra
uis hoībꝰ. aliq̄d patimur ad do-
ctrinā excitemur potiꝰ quā adui
dictā. Pēſate quāta ē patiētia dei
q̄ta ipatiētia nr̄a. Nos ſi ī iurijs
aut aliq̄ leſiōe ꝓuocamur. furore
ꝑ moti aut quātū poſſumꝰ noſmet
ipōs vlciſcimur: aut qđ nō poſſu-
mus facere minamur Ecce aduſi-
tatem diaboli dominus pertulit ⁊
nihil ei niſi maſuetudinis verba re
ſpondit. Portat quem punire po
terat: vt in hoc laus eius altius
creſceret ſi hoſtem ſuum nō extin-

guendo ſed interiꝫ patiendo ſupe
raret. Notandum vero quod ſub
ditur. Quia recedente diabolo an
geli miniſtrabãt. Ex qua requid
aliud quam vnius ipſius perſone
vtranqꝫ natura oſtendit? quia ⁊
homo eſt. queꝫ diabolus temptat
⁊ idem ipſe dominus eſt. cui ange
li miniſtrant. Cognoſcamus igit̃
in eo naturam noſtram: quia niſi
nunc diabolus hominem cerneret
nõ temptaret· Veneremur in illo
diuinitateꝫ ſuam. qua niſi ſup om
nia deus exiſteret. ei nullomodo
angeli miniſtrarẽt. Sed quia die
bus iſtis lectio congruit. Nã qua
draginta dierum abſtinentiaꝫ no
ſtri redemptoris audiuimus qui
quadrageſime tẽpus inchoamus
Diſcuciendũ nobis eſt. cur hec ip
ſa abſtinentia ꝑ quadraginta die
rum numerum cuſtoditur. Moy
ſes enim vt legem acciperet ſecun
do dieb⁹ quadraginta ieiunauit.
Elias in deſerto quadraginta die
bus abſtinuit. Ipſe auctor omniũ
homines veniens. in quadragin-
ta diebus nullum omnino cibũ ſu
preſit. Nos quoqꝫ in quãtum poſ
ſumus annuo quadrageſime tem
pore carnẽ noſtrã per abſtinentiã
affligere conamur. Cur ergo in-
abſtinentia quadragenarius nu-
merus cuſtoditur. niſi quia virtus
decalogi ꝑ libros quatuor ſancti
euãgelij impletur. Denarius ⁊ eniꝫ
quater ductus in quadragenariũ
ſurgit. Quia tunc decalogi man-
data perficimus cum perfecto q̃t
tuor libros ſancti euangelij cuſto-
dimus: exquerere ſentiri ⁊ aliud
poteſt. In hoc eniꝫ mortali corpo
re: ex quatuor elementis ſubſiſti-
mus: ⁊ per voluptates eiuſdẽ cor
poris: preceptis domineis cõtra
imus. Precepta autem dominica
per decaloguꝫ ſunt accepta. Qui
ego per carnis deſideria decalogi
mandata contẽpſimus. Dignum
eſt vt eandem carnem quater deci
es affligamus. Quãuis de hoc q̃
drageſime tẽpore. eſt adhuc aliud
qđ poſſit intelligi. A preſenti ⁊. n.
die vſqꝫ ad paſcalis ſollemnitatis
gaudia ſex edomade veniũt: qua
rum videlicet dies quadraginta ⁊
duo fiunt. Ex quibus dum ſex di
es dominici ab abſtinentia ſubtra
huntur: nõ plus in abſtinẽtia quã
triginta ⁊ ſex dies remanent. Dũ
vero per trecentos ⁊ ſexaginta di
es annus ducitur. nos autem per
triginta ⁊ ſex dies affligũtur qua
ſi anni noſtri decimas dõ damus
Vt qui nobis met ipſis ꝑ acceptũ
annũ viximus auctori noſtro nos
in eius decimis per abſtinentiam
mortificemus. Unde fratres cha
riſſimi ſicut offerre in lege iubemi
ni decima rerum ita ei offerre con
tendite ⁊ decimas dierum. Unus
quiſqꝫ in tantum virtus ſuppetit
carnẽ maceret eiuſqꝫ deſideria af
fligat. concupiſcentias turpes in-

terficiat vt iuxta pauli vocem ho-
ſtia viua fiat. Hoſtia quippe etiā
immolat᷑ ⁊ viua ē quādo ⁊ ab hac
vita hō nō deficit: ⁊ tamē ſe a car-
nalibus deſiderijs occidit. Caro
nos leta traxit ad culpā afflicta re
ducat᷑ ad veniā. Auctor eniꝫ mor
tis nr̄e pſructū ligni vetiti vite pre
cepta trāſgreſſus eſt. Qui ergo a
paradiſi gaudijs p cibū cecidim⁹
ad hec quātum poſſumus p abſti
nētiam reſurgamus. Sed nemo
ſibi eadem abſtinentiam ſolā cre-
dat poſſe ſufficere. Cū per ꝓphaꝫ
dn̄s dicat. Nonne hoc ē magis ie
iuniū qd̓ elegi. Subiciēs. Sꝫ frā
ge exurienti panē tuū ⁊ egenos va-
goſqꝫ induc i domū tuā. Cū vide
ris nudum operi euꝫ: ⁊ carnē tuaꝫ
ne deſpexeris. Illud ergo ieiuniū
deus approbat qd̓ ad eius oculos
manus elemoſinarum leuat. Qd̓
cū proximi dilectione agit᷑ qd̓ ex
pietate cōceditur. Hoc ergo qd̓ ti-
bi ſubtrahis alteri largire vt vnde
tua caro affligit᷑ inde egentis pro
ximi caro reparet᷑. Hinc eteniꝫ do
minus per prophaꝫ dicit. Cū ieiu
naretis ⁊ plāgeretis. nunqd ieiu-
niū ieiunaſtiſ mihi. Et cū comedi
tis ⁊ bibitis: nunqd nō vobis co-
meditis ⁊ vobiſmetipſis bibitis.
Sibi eniꝫ comedit ⁊ bibit qui ali
mēta corporis que ſunt omnia do
na cōditoris ſine indigētibus pci
pit. Et ſibi qſqꝫ ieiunat ſi ea q̄ ſibi
ad tēpus ſubtrahit nō pauperib⁹
tribuit ſed vētri poſt modū offerē
da cuſtodit. Hinc p iohel dicitur.
Sanctificate ieiunium. Ieiuniuꝫ
quippe ſcificare eſt. Adiūctis bo-
nis alijs. dignā deo abſtinētiā car
nis oſtendere. Ceſſet ira: ſopiant᷑
iurgia. Incaſſuꝫ enim caro atteri
tur ſi a prauis ſuis voluptatibus
aīus nō frenat᷑. Cū per ꝓpham
dn̄s dicat. Ecce i die ieiunij veſtri
inuenit᷑ voluntas veſtra: ⁊ oēs de
bitores vr̄os repetitis. Ecce ad li-
tes ⁊ cōtemptiōes ieiunatis ⁊ per
cutitis pugno ipie. Notādum qd̓
ait. Oēs debitores vr̄os repetitiſ
Neqꝫ eniꝫ q̇ debitorē ſuū hoc qd̓
dedit repetit: aliqd iniuſtū facit.
Sed dignuꝫ eſt vt q̇ſquis ſe i pe
nitentia macerat: etiā hoc ſibi qd̓
iuſte cōpetit iterdicat. Sic ſic no
bis afflictis ⁊ penitentibuſ a deo
dimittitur quod iniuſte egimus:
ſi pro amore illius ⁊ hoc quod no
bis iuſte cōpetit relaxamus.

Lectio ſcī euāgelij ſꝫ lucā. Ca. x.

In illo tempore. Deſignauit
dominus ⁊ alios ſeptuagin
ta duos: ⁊ miſit illos binoſ ante fa
ciem ſuam in omnem ciuitatem ⁊
locū quo erat ipe ventur⁹. Et reliq.

Omelia. xvij. lectioniſ eiuſdeꝫ bea
ti gregorij pape habita ad popu-
lum in baſilica ſancti ioannis late-
ranenſis.

Ominus ⁊ ſaluator noſter
ieſus chriſtus fratres cha-
riſſimi: aliquando nos ſermoni-

bus: aliquãdo vero operibꝰ ãmo-
net. Ipſa ⁊ enim facta eius prece-
pta ſunt: qꝛ dum aliquid tacitus
facit quid agere debeamus inno-
teſcit. Ecce ⁊ enim binos in predi
cationez mittit diſcipulos: qꝛ duo
ſunt p̃cepta charitatis: dei videli-
cet amor ⁊ proximi ⁊ minus q̃ in
ter duos haberi charitas nõ põt.
Nemo enim proprie ad ſemetip̃z
habere charitatem dicit̃: ſed dile
ctione ſe in alterũ tendit: vt eẽ cha
ritas poſſit. Binos ad predican
dũ diſcipulos dñs mittit: q̃tinus
hoc tacitus innuat: qꝛ qui charita
tẽ erga alterũ nõ habet: p̃dicatõis
officiũ ſuſcipe nullatenus debet.
Bene autem dicit̃ qꝛ miſit eos an
te faciẽ ſuã in oẽm ciuitatẽ ⁊ locuz
quo erat ipſe venturus. Predica-
tores autem ſuos dñs ſequit̃: qa
vbiqꝫ p̃dicatio p̃uenit: ⁊ tunc ad
mentis noſtre habitaculum domi
nus venit: quando verba exorta-
tionis precurrunt: atqꝫ ꝑ hec veri
tas in mẽte ſuſcipitur. Hinc naqꝫ
eiſdem predicatoribus. Eſaias di
cit. Parate viã dño: rectas facite
ſemitas dei noſtri. Hinc illis pſal-
miſta ait. Iter facite ei qui aſcen-
dit ſuꝑ occaſuz. Super occaſum
naqꝫ dñs aſcẽdit: qꝛ vñ in paſſio-
ne occubuit: inde maiorẽ ſuã glo-
riã reſurgẽdo manifeſtauit. Su-
per occaſuz videlicet aſcẽdit: quia
mortẽ quã ꝑtulit: reſurgẽdo cal-
cauit. Ei ergo qui aſcẽdit ſuꝑ oc-
caſuz iter facimꝰ: cũ nos eius glo-
riã vr̃is mẽtibus p̃dicamꝰ: vt eas
⁊ ipſe poſt veniẽs ꝑ amoris ſui p̃
ſẽtiã illuſtret. Miſſis ãt predica
toribꝰ quid dicat audiamꝰ. Meſ
ſis quidẽ multa: oꝑarij ãt pauci.
Rogate ergo dñm meſſis: vt mit
tat oꝑarios in meſſez ſuã. Iã meſ
ſis multa ſed oꝑarij pauci ſũt qḋ
ſine graui loqui merore nõ poſſu
mus: qꝛ ⁊ ſi ſunt qui bona audiãt
deſunt qui dicãt. Ecce mũdus ſa-
cerdotibꝰ plenus ẽ: ſꝫ tñ in meſſe
dei rarus valde iuenitur oꝑator:
qꝛ officiũ quidẽ ſacerdotale ſuſce
pimus: ſꝫ opus officij nõ iplemꝰ.
Sꝫ p̃eſate fratres cariſſimi: p̃eſa-
te qḋ di. Rogate dñz meſſis: vt
mittat oꝑarios i meſſez ſuã. Vos
ꝓ nobis petite: vt digne in vobis
oꝑari valeamus: ne ab exortatio-
ne lingua torpeat: ne poſtq̃ predi
catiõis locũ ſuſcepimꝰ: apud iu-
ſtuz iudicẽ nr̃a nos taciturnitas
addicat. Sepe enim ꝓ ſua nequi
tia predicantiũ reſtringitur ligua
ſepe vero ex ſubiectorũ culpa agi
tur vt ijs qui p̃ſunt p̃dicatiõis ſer
mo ſubtrahatur. Ex ſua quippe
nequitia predicãtis lingua reſtrĩ
gitur: ſicut pſalmiſta ait: Pecca-
tori autem dixit dominus quare
tu enarras iuſtitias meas? Et rur
ſum ex ſubiectorum vitio vox pre
dicantiũ prohibetur: ſicut ad eze-
chielẽ dñs dicit linguam tuam
adherere faciam palato tuo ⁊ eris

mutus: ne quaſi vir obiurgans: quia domus exaſpans eſt. Ac ſi aperte dicat. Idcirco tollitur tibi predicationis ſermo: quia duz me in ſuis actibus plebs exaſperat: non eſt digna cui exortatio fiat. Ex cuius ergo vitio predicatoris ſermo ſubtrahatur: non facile agnoſcitur. Quia vero paſtoris taciturnitas aliquando ſibi: ſemper autez ſubiectis noceat: certiſſime ſcitur. Sed vtinam ſi ad predicationis virtutem non ſufficimus: loci noſtri officium in innocentia vite teneamus. Nam ſubditur. Ecce ego mitto vos ſicut agnos inter lupos. Multi autez cum regiminis iura ſuſcipiunt: ad lacerandos ſubditos inardeſcunt. Terrorem poteſtatis exhibent: ⁊ quibus prodeſſe debuerant: nocēt. Et quia charitatis viſcera nō habent: dn̄i videri appetunt: patres ſe eſſe minime recognoſcunt. Humilitatis locum in elatione dn̄ationis īmutant. Et ſi quando extrīſecus blandiuntur intrinſecus ſeuiunt. De quibus alias veritas dicit. Ueniunt ad vos in veſtimentis ouium: intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. Contra que omnia conſiderandum nobis eſt: quia ſicut agni inter lupos mittimur: ut ſenſum ſeruantes īnocentie: morſum malitie non habeamus. Qui enim locum predicationis ſuſcipit: mala inferre non debet ſed tolerare: vt ex ipſa ſua manſuetudine iram ſeuietium mitiget: ⁊ pecatorum vulnera in alijs ipſe afflictionibus vulneratus ſanet. Quem ⁊ ſi quādo zelus rectitudinis exigit: vt erga ſubiectos ſeuiat: furor ipſe de amore ſit non de crudelitate: quaten⁹ ⁊ iura diſciplīe foras exhibeat ⁊ ītus paterna pietate diligat quos foris quaſi inſequendo caſtigat. Quod tunc bene rector exhibet: cum ſe ipſe diligere p̱ amorem priuatum neſcit: cum nulla q̄ mūdi ſūt appetit cū terrene cupiditatis onerib⁹ nequaquam mentis colla ſupponit. Unde ⁊ ſubditur. Nolite portare ſacculum neque peram: neque calciamenta ⁊ neminem per viam ſalutaueritis. Predicatori enim tanta debet in deo eſſe fiducia: vt ipſe preſentis vite ſumptus quāuis non prouideat: tamen ſibi hos non deeſſe certiſſime ſciat: ne dū mens eius occupatur ad temporalia: minus alijs prouideat eterna. Cui etiam per viam neminem ſalutare conceditur: vt ſub quanta feſtinatione iter predicationis pergere debeat oſtendatur. Que verba ſi quis ēt p̱ allegoriā veli intelligi ī ſacculo pecunia clauſa ē. Pecunia vero clauſa eſt ſapia occulta. Qui igr̄ ſapie v̄bū h̄z: ſ; hoc erogar̄ p̱rio negligit: q̄ſi pecuniā ligatā in ſacculo tenet. Unde ſcriptum eſt.

Sapiētia abſcōdita ⁊ theſaurus
occultus: que vtilitas in vtriſq;?
Quid vero ꝑ peram niſi onera ſe
culi? Et quid hoc loco per calcia-
menta: niſi mortuorum operū exē
pla ſignātur: Qui ergo officiuꝫ ꝑ̄
dicationis ſuſcipit: dignum nō eſt
vt onus ſeculariuꝫ negociorū por
tet ne dum eius colla hoc depmit
ad predicanda celeſtia non adſur
gat. Nec debet ſtultorum operuꝫ
exempla cōſpicere: ne ſua opa cre
datur quaſi ex mortuiſ pellibꝰ mu
nire. Sunt ⁊ enim multi qui pra-
uitatem ſuā: ex alienis prauitati-
bus tuentur. Quia enim alios ta-
lia feciſſe conſiderāt: ſe hec facere
licenter putant. Hi quid aliud fa-
ciunt niſi pedes ſuos ex mortuoꝝ
aīaliuꝫ munire pellibus conant̄.
Omnis vero qui ſalutat in via ex
occaſione ſalutat itineris: non ex
ſtudio optande eiuſdem ſalutis.
Qui igit̄ nō amore eterne patrie
ſed p̄miorūꝫ ambitu ſalutē audiē-
tibus: p̄dicat q̄ſi in itinere ſalutat:
q2 ex occaſione ⁊ nō ex intētiōe ſa
lutē audientibus exoptat. Sequi
tur. Inquācunq; domū intraueri
tis primū dicite: Pax huic domui
Et ſi ibi fuerit filius pacis requie-
ſcet ſuꝑ illam pax urā. Sin auteꝫ
ad vos reuertet̄. Pax que ab ore
p̄dicatoris offertur aut requieſcit
in domo ſi in ea filius pacis fuerit
aut ad eundem p̄dicatoreꝫ reuerti
tur: q2 aut erit quiſq; p̄deſtinatus
ad vitam ⁊ celeſte verbum ſequit̄
qḋ audit aut ſi nullus audire volu
erit ipſe predicator ſine fructu nō
erit q2 ad eum pax reuertitur: qm̄
ei a dn̄o pro labore ſui opis mer-
ces recōpenſatur. Ecce autē q̄ pe
ram ⁊ ſacculuꝫ portare prohibuit
ſumptus ⁊ alimenta ex eadem pre
dicere: patrem habemus abꝛahā
Dico enim vobis. quia potens eſt
deus de lapidibus iſtis ſuſcitare
filios abꝛahe. Quid enim lapideſ
niſi coꝛda gentilium fuerunt ad in
tellectuꝫ dei ī ſenſibilia. Sicut eti
am quibuſdam ex iudeis dicitur
Auferam coꝛ lapideum de carne
veſtra. Nec immerito lapidum no
mine gentes ſignificate ſunt: que
lapides coluerunt. Unde ſcriptū
eſt. Similes illis fiant qui faci
unt ea: ⁊ oēs qui cōfidunt in eis

De quibus nimiruz lapidib⁹ filij
abrahe ſuſcitati ſt̃ q2 dū dura cor
da gentiliū in abrahe ſemie idest
in xp̄o crediderūt: ei⁹ filij facti ſt̃
cuius ſemini ſunt iūcti ⁊ vniti. vn̄
⁊ eiſdē gentib⁹ per egregiū p̄dica
torē dicitur. Si ãt vos xp̄i: ergo
abrahe ſemē eſtis. Si igit̃ nos ꝑ
fidem xp̄i abrahe iā ſemen exiſti-
mus: iudei propter perfidiā ab-
rahe filij eſſe deſierūt. Quia vero
in illo die tremēdi examinis: pa-
rentes bōi malis filijs ꝓdeſſe nō
poſſunt: teſtatur ꝓph̄a qui dicit.
Noe ⁊ daniel ⁊ iob ſi fuerint in
medio eius viuo ego dicit domi-
nus deus: q2 filium ⁊ filiā non li-
berabūt: ſed ipſi iuſtitia ſua libera
bunt aīas ſuas. Et rurſuz q2 boni
filij nihil malis parētibus ꝓſint:
ſed ad reatū potius malorū parē
tū proficiat: bonitas filiorū: ipſa
per ſe veritas iudeis non creden
tibus dicit. Si ergo in belzebub
eijcio demonia: filij vr̄i in quo ei
ciunt. Ideo ipſi iudices vr̄i erunt
Sequit̃. Iā enim ſecuriſ ad radi
cē arboris poſita eſt. Omnis.n.
arbor que nō facit fructū bonum
excidet̃: ⁊ in ignē mittet̃. Arbor
enim huius mūdi ē vniuerſū ge-
nus humanū. ſecuris vero ſcilicet
redemptor noſter eſt qui velut ex
manubrio tenet̃ ex humanitate
ſ3 ferro icidit ex diuinitate. Que
videlicet ſecuris iam ad radicem
arboris poſita eſt q2 ⁊ ſi per pati-
entiā expectat: videtur tn̄ quid fa
ctura eſt. Oīs enim arbor non fa-
ciens fructum bonū excidatur ⁊ i
ignē mittitur: quia vnuſquiſque
peruerſus paratā citius gehenne
concremationē iuenit: qui hic fru
ctum boni operis facere contēnit
Et notādū ꝙ ſecurim nō iuxta ra
mos poſitā ſed ad radicez dicit.
Cum enim malorum filij tollunt̃
quid aliud ꝙ̄ rami infructuoſe ar-
boris abſcindunt̃. Cum vero to-
ta ſimul progenies cum parente
tollitur infructuoſa arbor a radi-
ce abſciſſa eſt ne iam remaneat vn̄
praua iterū ſoboles ſuccreſcat. In
quibus iohīs baptiſte verbis cō-
ſtat ꝙ audientium corda turbata
ſunt: cum protinus ſubinfert̃. Et
interrogabant eum turbe dicētes
Quid ergo faciem⁹. Percuſſe eni
terrore fuerāt q̄ ꝯſiliū querebāt.
Sequit̃: Rn̄dens ãt dicebat il-
lis. Qui h3 duas tunicas det non
habēti ⁊ qui h3 eſcas ſimiliter fa-
ciat. Per hoc ꝙ tunica plus ē ne-
ceſſaria vſui nr̄o ꝙ̄ palliū: ad fru-
ctū dignū pn̄ie ꝑtinet: vt nō ſolū
exteriora queq3 ⁊ min⁹ neceſſaria
ſ3 ip̄a nob̄ valde neceſſaria: diui-
dere cū ꝓximis debeam⁹. ſ. vt eſcā
q̄ carnaliter viuim⁹ vel tunicā q̄ ve
ſtimur. Q2.n. ī lege ſcriptū ē. dili-
ges ꝓxīuz tuū ſicut teip̄z: min⁹ ꝓ
ximū amare ꝯuicit̃ q̄ nō cū eo in
neceſſitate illi⁹ ēt ea q̄ ſibi ſt̃ neceſ
ſaria ptit̃. Idcirco ergo ꝺ diuidē

dis cu; ꝓxio duab⁹ tunicis dat̃ p̃ceptũ q꞉ hoc de vna dici nõ potuit. Qm̃ ſi vna diuidit̃ nemo veſtit̃. In dimidia q̃ppe tũica. ⁊ nudus remãet q̃ accipit: nud⁹ q̃ dedit. Int̃ hec aũt ſciẽdu; eſt q̃tum mie opa valeant: cu; ad dignos fruct⁹ penitẽtie ip̃a p̃ceteris p̃cipiuntur. Hic ẽt p ſemetip̃a; veritas dicit. Date elemoſina;. ⁊ ecce oĩa munda ſt̃ vobis. Hic rurſus ait. Date ⁊ dabit̃ vobis. Hic ſcriptu; ẽ. Ignẽ ardẽte; extiguit aq̃: ⁊ elemoſina r̃ſiſtit peccat̃. Hic iteꝝ dr̃. Cõclude elemoſina; ĩ ſinu pauperis: ⁊ hec ꝓ te orabit. Hic bonus pr̃ inocẽte; filiu; ãmonet dicẽs. Si multũ tibi fuerit habundanter tribue. Si exiguũ fuerit. etia; exiguũ libẽter ſtude imptiri. Ut ãt quãta ſit virt⁹ ĩ ꝯtinẽtia ⁊ ĩ ſuſceptiõe idigẽtiũ redẽptor nr̃ oñderet: dixit. Qui recipit ꝓphetã ĩ noĩe ꝓphete. mercedẽ ꝓphete accipiet. Et qui recipit iuſtum in noĩe iuſti: mercedẽ iuſti accipiet. In q̃bus verbis notãdũ ẽ q꞉ ñ ait mercedẽ de ꝓpheta ⁊ mercedẽ de iuſto accipiet. Aliud ẽ. n. merces de ꝓpheta: aliud meres ꝓphete. At q; aliũ merces de iuſto: atq; aliđ merceſ iuſti. Quid. n. ẽ dicere mercedẽ ꝓphete accipiet niſi quia is qui ꝓphetã ſua largitate ſubſtentat quãuis ipſe ꝓphetiã nõ hẽat apud oĩpotentẽ tñ dñ; ꝓphetie p̃mia hẽbit. Iſte. n. fortaſſe iuſtus ẽ ⁊ quãto in hoc mũdo nihil poſſidet. tãto loquẽdi ꝓ iuſtitia fidutiam maiorẽ hẽt. Huc dũ ille ſuſtẽtat qui in hoc mundo aliquid poſſidet ⁊ fortaſſe adhuc ꝓ iuſtitia loqui libere nõ p̃ſumit: iuſtitie illiuſ libertatẽ ſibi participẽ facit: vt cũ eo iuſtitie illi⁹ p̃mia recipiat: que; ſuſtentãdo adiuuit quatenus ean de; iuſtitiã libere loqui potuiſſet. Ille ꝓphetie ſpũ plen⁹ ẽ ſ; tñ corporeo eget alimẽto. Et ſi corpus nõ reficiet̃ certu; ẽ qꝫ vox ipſa ſb̃trabit̃. Qui igit̃ alimẽtu; ꝓphete ꝓpter hoc qꝫ ꝓpheta ẽ tribuit ꝓphete illi⁹ vires ad loquẽdũ dedit. Cũ ꝓpheta ergo mercedẽ ꝓphete recipiet qui ⁊ ſi ſpũ ꝓphetie plen⁹ nõ fuit: hoc tñ añ dei oculos exhibuit qđ adiuuit. Hinc eſt eni; qđ de quibuſdã peregrinantib⁹ f̃rib⁹ gaio ⁊ ariſtarco p iohe; dr̃. Pro noĩe. n. dei ꝓfecti ſũt nichil accipiẽteſ a gẽtib⁹. Nos ergo debem⁹ ſuſcipe huiuſmodi ut coopatores ſim⁹ veritatis. Qui eni ſpiritalia dona hẽntib⁹ tpalia ſb̃ſidia tribuit in ipſis donis ſpiritalib⁹ coopator exiſtit. nã cũ pauci ſint qui ſpiritalia dõa pcipiũt ⁊ multi qui reb⁹ tpalib⁹ habũdãt per hoc ſe diuites virtutibus pauperũ inſerũt quo eiſdẽ ſãctis pauperib⁹ de ſuis diuitijs ſociantur. Unde cum per Eſaie vocẽ dominus derelicte gentilitati idest ſcẽ eccleſie ſpiritaliũ virtutũ merita q̃

ſi deſerta arbuſta ꝓmitteret: vlmuꝫ pariter promiſit dicens. Ponam deſertum in ſtagna aquaruꝫ ⁊ terram inuiam in riuos aquarum. Dabo in ſolitudine cedrum ⁊ ſpinam myrtum ⁊ lignum oliue Ponam in deſerto abietem vlmū ⁊ buxum ſimul vt videāt ⁊ ſciant ⁊ recogitent ⁊ intelligant pariter. Deſertum quippe dominuſ in ſtagna aquarum ⁊ terram inuiam in riuos aquarum poſuit: quando gentilitati que prius per ariditatē mentis nullos bonorum operum fructus ferebat fluenta ſancte predicationis dedit ⁊ ipſa ad quam prius pro aſperitate ſue cecitatis via predicatoribus non patebat: doctrine poſt modum riuos emanauit. Cui adhuc ex munere magno promittitur. Dabo in ſolitudine cedrum ⁊ ſpinam. Cedrum qui magni odoris eſt atqꝫ imputribilis nature iure accipimus in promiſſione: De ſpina vero cum peccanti homini dictuꝫ ſit terra tua ſpinas ⁊ tribulos germinabit tibi quid mirum ſi ſcē eccleſie illud ꝓmittit̄ qꝺ peccanti hoī ꝓ pena multiplicat̄. Sed cedri nomine ſignantur ij qui virtutes ⁊ ſigna exhibent in ſua operatione. Qui dicere cum paulo valent. Xp̄i bonus odor ſumus deo quorum corda ita in eterno amore ſolidata ſunt vt ea iam terreni amoris putredo nulla cōrrūpat. Per ſpinā vero ſignati ſūt docti ⁊ ſpiritales viri qui dū de peccatis ac virtutibus diſſerunt ⁊ mō eterna ſupplicia minantur modo ad celeſtis regni gaudia promittunt: corda audientum pungunt ſicqꝫ mentem dolore compunctionis perforant: vt ab eoruꝫ oculis quaſi quidam ſanguis anime lachryme decurrant. Myrtus vero temperatiue virtutis eſt ita vt diſſoluta mēbra temperando conſtringat.

Quid itaqꝫ per myrtum niſi ij ſignati ſunt qui afflictionibus proximorum compati ſciunt ⁊ eoruꝫ tribulationes per compaſſionem temperant. Iuxta hoc quod ſcriptum eſt. Gratias autem deo qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra vt poſſimus ⁊ ipſi cōſolari eos qui in omni preſſura ſunt. Qui dum afflictis proximis verbum vel opem conſolationis ferunt eos proculdubio ad ſtatuꝫ rectitudinis reſtringunt ne immoderata tribulatione in deſperationem ſoluantur. Quos autem per oliuam niſi miſericordes accipimus. Quia ⁊ grece eleos miſericordia vocatur: Et quaſi oliue liquor ante oīpotentis dei oculos miſericordie fruct⁹ lucet. Cui adhuc in promiſſione ſubiungitur. Ponam in deſerto abietem vlmū ⁊ buxum ſimul. Quid per abieteꝫ que valde creſcendo ad aeris alta ſuſtollitur niſi ij deſignati ſunt

qui intra ſanctaȝ eccleſiam adhuc in terrenis corporibus poſiti: iaȝ celeſtia contemplātur. Et quāuis de terra naſcendo exierunt: contēplando tamen iuxta ethera verticem mentis attollunt. Et quid p ulmum: niſi ſecularium mētes expreſſe ſunt: que dum terrenis adhuc curis inſeruiunt: nullum virtutum ſpiritalium fructum ferūt Sed ꝛ ſi fructum proprium vlmus non habet: portare tamen vitem cum fructu ſolet. Quia ꝛ ſeculares viſi intra ſanctam eccleſiaȝ quāuis ſpiritalium virtutum dona non habeant: dum tamen ſanctos viros donis ſpiritalibus plenos ſua largitate ſuſtentant quid aliud ꝙ vitem cum botris portāt Buxus autē quos alios deſignat que in altum non proficit: ꝛ quāuis fructum non habeat viriditatem habet niſi eos qui intra ſanctam eccleſiam adhuc ex etatis in infirmitate bona opera ferre non valent: ſed tamen parentum fidelium credulitatem ſequentes fidē perpetue viriditatis tenent. Poſt que omnia: apte ſubiungitur. Ut videant ꝛ ſciant ꝛ recogitent: ꝛ itelligant pariter. Ad hoc enim cedrus in eccleſia ponitur: vt quiſquis a proximo odorem virtutuȝ ſpiritalium trahit: ipſe quoque in eterne vite delectatione non torpeat: ſed ad donorum celeſtium deſideria igneſcat. Ad hoc ſpina ponitur vt quid predicationis eiꝰ verbo compūctus fuerit: ipſe quoque exemplo illius diſcat corda ſequentium predicationis verbo cōpungere. Ad hec mirtus ponitur vt qui in ardore tribulationis ab ore vel opere proximi compatientis temperamentum conſolatiōis acceperit: ipſe etiam diſcat queādmodum afflictis proximis ſue cōſolationis teperamentum proferat. Ad hoc oliua ponitur: vt qui aliene mīe opera cognoſcit diſcat queādmodum debeat indigenti proximo ꝛ ipē miſereri. Ad hoc abies pōitur: vt quiſquis vim cōtemplationis alicuius agnouerit ipſe quoque ad contemplāda eterna premia ſuccendatur. Ad hoc vlmus ponitur: vt quiſquis intuetur eum qui habere virtutum fructum ſpiritalium nō valet: ſed tm̄ eos qui ſpiritalibus donis pleni ſunt ſuſtentat: ipſe quoque ſanctorum vite quanta valet largitate inſeruiat: ꝛ celeſtium donorum botros quos gignendo non valet ſuſtentando ferat. Ad hoc buxus ponit᷑: vt q̄ habere multos adhuc in īfirmitate poſitos vere fidei viriditatem conſiderat ipſe eſſe inſidelis erubeſcat. Bene ergo deſcriptis prius arboribus dicitur: vt videant ꝛ ſiant ꝛ recogitent ꝛ intelligant. Ubi ꝛ apte ſubiungitur pariter quia cum intra ſanctam eccleſiam diuerſi ſūt hominum mo-

res: diuerſi ſunt ordines. Neceſſe eſt vt omnes ſimul diſcant: dū in ea ſpiritales viri diuerſitate qualitatis etatis ⁊ ordinis ad imitandum ſimul videntur. Sꝫ ecce noſ dū monſtrare vlmū querimus: p multa arbuſta longiꝰ euagati ſumus. Ad hoc itatqꝫ ꝓpter qđ ꝓphete teſtimoniū ꝓtulimꝰ reuertamur. Qui recipit ꝓpħam i nomine ꝓpħe: mercedē ꝓpħe accipiet. qꝛ ⁊ ſi fructū vlmꝰ non hēt: vitem tamen cum fructibꝰ portās hec ipſa ſua efficit: que bn̄ ſuſtētat aliena. Quia vero ad magna noſ opa ioānes āmonet dicens facite fructus dignos penitētie: ⁊ rurſus qui hꝫ duas tunicas det non habēti: ⁊ qui hꝫ eſcas faciat ſimiliter: iā patēter dat intelligi: quid eſt qđ veritas dicit. A diebꝰ ioannis baptiſte vſque nunc regnum celorū vim patit ⁊ violēti rapiūt illud. Que ſupne verba ſentētie: nobis ſunt magnope pſcrutāda Nā querēdū ē quō vim ppeti regnuꝫ celoꝝ poſſit. Quis.n.celo violetiā irogat. ⁊ rurſuꝫ querēdū ē ſi pati vim regnū pt cur eādē viꝫ a diebꝰ iohis baptiſte ⁊ nō ēt añ ptulerit Sꝫ cū lex dicat. ſiqs hec vel illa fecerit morte moriat cunctis legētibꝰ liquet. qꝛ peccatores quoſqꝫ pena ſeueritatis pertulit: nō āt p pniāꝫ ad vitā reduxit. Cū vero iohes baptiſta redēptoris grāꝫ pcurrēs pniāꝫ pdicat: vt peccator qui ex culpa ē mortuus per ꝯuerſionē viuat. pfecto a diebus ioānis baptiſte regnū coloꝝ vim patit. Quid ē āt regnū celorū niſi locus iuſtoruꝫ. Solis.n.iuſtis celeſtis patrie pmia debent: vt humiles caſti mites atqꝫ miſericordes ad gaudia ſupna pueniant. Cū vero quis vel ſupbia tumidꝰ vel carnis facinore pollutꝰ vel iracūdia accenſus vel crudelitate impius poſt culpas ad pniāꝫ reddit ⁊ vitā eternā pcipit: quaſi peccatori locū itrat alienū. A diebꝰ ergo ioānis baptiſte regū celorum vim patit ⁊ violēti rapiūt illd̄: qꝛ qui pniāꝫ peccatoribꝰ indixit qđ aliud ꝙ̄ regno celoꝝ fieri violentiā docuit. Recogitemus ergo fratres cariſſimi mala que fecimus ⁊ noſmetipſos aſſiduis lamētis atterramꝰ. vt hereditatē iuſtorū quā nō tenuimꝰ p vitā: rapiamus p pniāꝫ. Uult a nobis oīpotēs deꝰ talē violētiā ppeti. Nā regnū celoꝝ rapi vult nr̄is fletibꝰ qđ nr̄is meritis nō debet. A ſpei ergo rectitudīe nulla nos maloꝝ nr̄oꝝ q̄litas: nulla ꝙ̄titas frāgat Preſtat magnā venie fiduciā latro ille venerabilis. Qui nō inde venerabilis vn̄ latro. Nā latro ex crudelitate: venerabilis ex cōfeſſione. Cogitate ergo cogitate ꝙ̄ ſint icōprehēſibilia i oīpotēti deo mie viſcera. Latro iſte cruētis manibꝰ abſtractꝰ: a facie itineris ſu

ſpenſus ē in patibulo crucis. Ibi
cōfeſſus: ibi ſanat⁹ eſt. Ibi audire
meruit: hodie mecū eris in para/
diſo. Quid ē hoc. Quis tātaꝫ bo/
nitatē dei dicere: quis eſtimare ſu
fficiat. De ipſa pena criminis per/
uenit ad pmia virtutis. Idcirco
aūt oīpotens electos ſuos in qui
buſdā lapſib⁹ cadere pmittit: vt
alijs in culpa iacētib⁹ ſi toto ad eū
corde ꝯſurgāt: ſpē venie reddat ꝛ
eis p lamēta pnie viā celeſtē ape/
riat. Exerceam⁹ ergo nos metip/
ſos i lamētis: extinguamus fleti
bus flāmas peccatoꝝ. ꝛ dignis pe
nitētie fructib⁹ culpas abluamus
q̄s fecim⁹. Ad indulgentiā nobis
tpa indulta nō pereāt. qꝛ qui mul
tos a ſuis iniquitatib⁹ iā ſanatos
aſpicim⁹. q̄d aliud q̄ꝫ in ſupne mie
pign⁹ accepim⁹. Scdꝫ marcū.

Capitolo. xvi

Incipit liber ſecundus.

In illo tpe. maria magda/
lena ꝛ maria iacobi ꝛ ſalo/
me emere aromata vt veni/
entes vngerent ieſum. Et valde
mane vna ſabbatoꝛuꝫ veniunt ad
monumentum oꝛto iam ſole. ꝛ
reliqua.

Omelia. xxi. lectio. eiuſdē bti gre
goꝛij pape hita ad populū in ba/
ſilica btē marie virginis.

Multis vobis lectiōib⁹ frēs
cariſſimi p dictatū loq̄ con
ſueui: ſꝫ qꝛ laſſeſcēte ſtoma/
cho ea q̄ dictauerā legere ipſe non
poſſum quoſdā vrm min⁹ liben/
ter audiētes ītueor. Un̄ nūc a met
metipo erigere cōtra morē volo:
vt inter ſacra miſſarū ſollēnia lec/
tiōeꝫ ſci euāgelij nō dictādo. ſꝫ col
loquēdo edifferā. Sicqꝫ excipia/
tur vt loquimur quia collocutiōis
vox coꝛda toꝛpētia pluſq̄ꝫ ſermo
lectiōis excitat. ꝛ q̄ſi quadā manu
ſollicitudinis: vt euigilēt pulſat. ꝛ
quidē ad hoc op⁹ me ſufficere poſ
ſe nō video ſꝫ tn̄ vires quas iperi
tia denegat. caritas miniſtrat.
Scio naqꝫ qui dixit: Api os tuū
ꝛ ego adimplebo illud. Bonum
ergo nobis opus ſit in voluntate
nam ex diuino adiutoꝛio erit in
perfectione: Dat loquendi auſuꝫ
etiam reſurrectionis dominice tā
ta ſollēnitas quia ꝛ indignum val
de vt eo die laudes debitas tace/
at lingua carnis. quo videlicet die
caro reſurrexit auctoꝛis: Audi/
ſtis fratres cariſſimi quod ſancte
mulieres que dominum fuerunt ſe
cute cum aromatibus ad monu/
mentum venere. ꝛ ei quem viuen
tem dilexerant. etiam moꝛtuo ſtu
dio humanitatis obſequuntur.
Sed res geſta aliquid in ſancta
eccleſia ſignat gerendum. Sic
quippe neceſſe eſt: vt audiamus
que facta ſunt. quatinus cogite/
mus etiam que nobis ſunt ex eo/
rum imitatione facienda. Et nos

ergo in eum qui eſt mortuus ⁊ re
ſurrexit credentes ſi odore virtu/
tum referti. cum opinione bo/
norum operum dominum ieſum
chriſtum querimus ad monumē
tum profecto illius: cum aroma/
tibus venimus. Ille autem mulie
res angelos vident. que cum aro.
matibus venerunt: quia videli/
cet ille mentes ſupernos ciues aſ/
piciunt que cum virtutum odori/
bus ad dominum per ſancta deſi
deria proficiſcuntur. Notanduꝫ
vero nobis eſt: quinam ſit quod
in dextris ſedere angelus cerni/
tur. Quid namque per ſiniſtraꝫ
niſi vita preſens. Quid vero per
dextraꝫ niſi perpetua vita ſigna
atur. Unde ſcriptum eſt. Leua
eius ſub capite meo: ⁊ dextera il/
lius amplexabitur me. Quia igi/
tur redemptor noſter. iam preſen
tis vite corruptiōi tranſierat. Re
cte angelꝰ qui nunciare perennē
eius vitam venerat in dextera ſe
debat. qui ſtola cādida coopertuſ
apparuit. quia feſtiuitatis noſtre
gaudia nunciauit. Candor ⁊ enī
veſtis ſplendorem noſtre denūti/
at ſollēnitatis. Noſtre dicamus
an ſue. Sed vt fateamur verius:
⁊ ſue dicamus ⁊ noſtre. Illa quip
pe redemptoris noſtri reſurre/
ctio ⁊ noſtra feſtiuitas fuit. quia
nos ad immortalitatē reduxit.
Et angelorum feſtiuitas extitit
quia nos reuocando ad celeſtia
eorum numerum impleuit. In
ſua ergo ac noſtra feſtiuitate an/
gelꝰ in albis veſtibus apparuit
quia dum nos per reſurrectioneꝫ
dominicam ad ſuperna reduci/
mur. celeſtis patrie damna repa/
rantur. Sed quid venientes fe/
minas affatur audiamus. Noli/
te expaueſcere. Ac ſi aperte dicat
Paueant illi qui ñ amant aduen/
tum ſupernorum ciuium pertime
ſcant: qui carnalibus deſiderijs
preſſi ad eorum ſe ſocietatem per/
tingere poſſe diſperant. Uos au/
tem cur pertimeſcitis que veſtros
conciues videtis. Unde Ma/
theꝰ angelum apparuiſſe deſcri/
bens ait. Erat aſpectus eius ſi.
cut fulgur. ⁊ veſtimenta eius ſi/
cut nix. In fulgure ⁊ enim terror
timoris eſt in niue autem blandi/
mentum candoris. Quia vero
omnipotēs deus ⁊ terribilis eſt.
peccatoribus ⁊ blandus iuſtis re
cte teſtis reſurrectionis eius an/
gelꝰ ⁊ in fulgore vultus. ⁊ in can
dore habitus demonſtratur. vt
d̄ re ipſa ſua ſpecie ⁊ terret repro/
bos ⁊ mulceret pios. Unde re/
cte q̄ꝫ populū p̄ deſerta gradiētē
colūna ignis in nocte: ⁊ columna
nubis preibat in die. In igne ⁊
enim terror eſt. In nube autem vi
ſionis lene blandimentum. Dies
vero vita iuſti ⁊ nox accipitur vi
ta peccatoris. Uñ ⁊ de conuerſis
peccatoribus Paulus dicit. Fui/

ſtis aliquando tenebꝛe nunc au-
tem lux in domino. In die ergo
per nubem columna monſtrata ē
⁊ in nocte per ignem: quia omni-
potens deus ⁊ blandus iuſtis. ⁊
teribilis apparebit iniuſtis.
Iuſtos in iuditio veniens per le-
nitatis manſuetudinem demulcet
iniuſtos vero per iuſtitie diſtricti-
onem terret. Sed iam quid ange-
lus ſubiungat audiamus. Ieſum
queritis nazarenum. Ieſus lati-
no eloquio ſalutaris id ē ſaluatoꝛ
interpꝛetatur. At vero multi tunc
ieſus dici poterant: non tamē ſub-
ſtantialiter: ſed nuncupatiue ⁊ iō
locus ſubiungitur vt de quo ieſu
dictum ſit manifeſtetur. Nazare-
nuꝫ ⁊ cauſam pꝛotinus ſubdit.
Crucifixum. atque addidit. Sur-
rexit non eſt hic. Non eſt hic di-
citur per pꝛeſentiam carnis qui ta-
men nuſquam deerat per pꝛeſen-
tiam maieſtatis. Sed ite dicite di-
ſcipulis eius ⁊ petro: quia pꝛece-
det vos in galileam. Querenduꝫ
nobis eſt cur nominatis diſcipu-
lis petrus deſignatur ex nomine
Sed ſi hunc angelus nominatiꝫ
non expꝛimeret qui magiſtruꝫ ne-
gauerat venire īter diſcipulos nō
auderet vocatur ergo ex nomine
ne diſperaret ex negatione. Qua
in re conſiderandum nobis ē cur
omnipotens deus. eum quem cun-
cte eccleſie pꝛeeſſe diſpoſuerat an-
cille vocem pertimeſcere. ⁊ ſeipſuꝫ
negare permiſit. Quod nimirum
magne actum pietatis diſpenſati-
one cognoſcimus vt is qui futu-
rus erat paſtoꝛ eccleſie in ſua cul-
pa diſceret. qualiter alijs miſereri
debuiſſet. Pꝛius itaque eum oſtē-
dit ſibi ⁊ tunc pꝛepoſuit ceteris vt
ex ſua īfirmitate cognoſceret: qua
miſericoꝛditer aliena infirma tole-
raret. Bene autem de redempto-
re noſtro dicitur. Pꝛecedet vos in
galileaꝫ ibi eum videbitis ſicut di-
xit vobis. Galilea namque tranſ-
migratio facta interpꝛetatur. Iaꝫ
quippe redemptoꝛ noſter a paſſi-
one ad reſurrectionem a moꝛte
ad vitam. a pena ad gloꝛiam a co-
ruptione ad incoꝛruptionem trāſ-
migrauerat. ⁊ pꝛius poſt reſurre-
ctionem in galilea a diſcipulis vi-
detur: quia reſurrectionis eius
gloꝛiam poſt leti videbimus. ſi
modo a vitijs ad virtutum celſi-
tudinem tranſmigramus. Qui
ergo in ſepulchꝛo nuntiatur: in-
traſmigratione oſtenditur: quia
is qui in moꝛtificatione carnis
agnoſcitur: in tranſmigrationem
mentis videtur. Hec fratres cariſ-
ſimi pꝛo tanta diei ſollēnitate lec-
tionis euangelice expoſitiōe trāſ-
currimus. Sed libet vt de hac ea-
dem ſollēnitate aliquid ſubtilius
loquamur. Due ⁊ enim vite erant
quarum vnam nouimus alteram
neſciebamus. Una quippe moꝛ-
talis eſt alia immoꝛtalis. Una coꝛ-

ruptiõis alia icorruptiõis. Una mortis alia resurrectiõis. ſʒ venit mediator dei ⁊ hoīuʒ hõ xpſ x hs ſuſcepit vnã ⁊ oñdit alterã. Unã ptulit moriẽdo oñdit alterã reſurgẽdo. Si igr̃ nobis mortalẽ vitã ſcientib⁹ reſurrectionẽ pmitteret carnis. ⁊ tañ hãc viſibiliter nõ exhiberet qs ei⁹ pmiſſiõib⁹ crederet. Fact⁹ itaqʒ hõ appuit ĩ carne mori dignat⁹ ẽ ex volũtate reſurrexit ex ptãte; ⁊ oñdit exẽplo; qđ nobis pmiſit ĩ pmio. Sʒ fortaſſe aliqs dicat. Jure ille reſurrexit qr cũ de⁹ eẽt teneri morte nõ potuit. Ad iſtruẽdã g⁰ ignorãtiã noſtrã ad roborãdã iſirmitatẽ nr̃am ſue reſurrectiõiſ exẽplũ nobis ſufficere noluit. Sol⁹ illo ĩ tpe mortuuſ ẽ ⁊ tamẽ ſolus miñe reſurexit. nã ſcriptũ ẽ. multa corpa ſcõꝝ q̃ dormierãt ſurrexerũt. Ablata g⁰ ſũt oĩa argumẽta pfidiei. Ne qs eni dicat ſperare de ſe nõ dʒ hõ qđ in carne ſua exibuit hõ de⁹. Ecce cũ dõ hoīeſ reſurrexiſſe cognoſcim⁹ ⁊ qs puros fuiſſe hoīes nõ dubitam⁹. Si igr̃ mẽbra nr̃i redẽptoris ſum⁹ pſumam⁹ ĩ nobis qđ geſtũ ꝯſtat in capite. Si multũ nos abicim⁹ ſpare debem⁹ ĩ nobis noſ mẽbra vltia q̃ de mẽbris ei⁹ ſupiorib⁹ audim⁹. Ecce vero ad memoriã redit qđ crucifixo dei filio iudei iſultãtes dicebãt. Si rex iſrael ẽ deſcẽdat đ cruce ⁊ credimuſ ei. Q̃ ſi tũc de cruce deſcẽderet nimirũ iſultantib⁹ cedẽs ꝟtutẽ nobis patiẽtie nõ dmõſtraret. ſʒ expectauit paululũ tolerauit, pbra irriſiones ſuſtinuit. ſuauit patiẽtiaʒ diſtulit admirationẽ. ⁊ q̃ de cruce đſcẽdere noluit đ ſepulchro ſurrexit. Plus igr̃ fuit đ ſepulchro reſurgere quaʒ de cruce deſcẽdere. Plus fuit mortẽ reſurgẽdo dſtruere q̃ vitaʒ deſcẽdẽdo ſuare. ſʒ cũ iudei hũc ad iſultationẽ ſuã đ cruce deſcẽdere minime agnouiſſent cũ moriẽteʒ viderẽt eũ, ſeviciſſe crediderũt. nom̃ illi⁹ ſe q̃ſi extinxiſſe gauiſi ſt. ſʒ ecce nom̃ eiuſ đ morte p mũdũ creuit ex q̃ hũc infidelis turba extīxiſſe credidit ⁊ quẽ gaudebat occiſũ dolet mõtuũ. qr hũc ad ſuã gloriã cognoſcit pueiſſe p penã. Q̃ bñ ĩ lib. iudicũ ſãſon illi⁹ facta ſignificant q̃ cũ gazã ciuitateʒ philiſtiorũ fuiſſet igreſſ⁹ philiſtei igreſuʒ ei⁹ ptin⁹ cognoſcẽtes ciuitatẽ repente obſidiõib⁹ circuʒdedere cuſtodes deputauerũt ⁊ ſanſon fortiſſimuʒ ſe iam comprehendiſſe gauiſi ſũt. ſed quid ſanſon fecit agnouimus. Media nocte portas ciuitatis abſtulit ⁊ mõtis verticem aſcendit. Quem fratres cariſſimi hoc in facto quem niſi redemptorem noſtrum ſanſon ille ſigniſicat. Quid gaza ciuicatis niſi infernum deſignat. Quid philiſteos niſi iudeorum perfidia demonſtratur. Quia cũ mortuum dominum viderunt ei⁹

quē corpꝰ in ſepulchro iam poſitum cuſtodes illico deputauerunt ⁊ eū q̄ auctor vite clauſerat. inferni clauſtris retētū. q̄ſi ſanſō in gaza ſe cōprehēdiſſe lerati ſūt. Sāſon vero nocte media nō ſolū exijt ſꝫ ēt portas tulit. Qꝛ videlicet redēptor nr̄ an̄ lucē reſurgēs nō ſolum liber de iferno exijt ſꝫ ēt inferni clauſtra ꝺſtruxit. Portas tulit ⁊ mōtis verticē aſcēdit qꝛ reſurgendo clauſtra iferni abſtulit: ⁊ aſcendendo celoꝝ regna penetrauit. Hāc gꝰ reſurrectiōis eiꝰ gloriam frēs cariſſimi q̄ ⁊ priꝰ dmōſtrabat ex ſigno ⁊ poſt patuit ex facto tota mēte diligamꝰ ꝓ eiꝰ amore moriamur. Et ecce i reſurrectiōe auctoris nr̄i miniſtroſ eiꝰ āgelos cōciueſ nr̄oſ agnouimꝰ. Ad hoꝝ gꝰ ciuiū illā frequētē ſolēnitatē feſtinemꝰ. His cuꝫ nec duꝫ viſiōe poſſumus ꝺſiderio ⁊ mēte iūgamur. Trāſmigremꝰ ad virtutes a vitijs vt redēptorē nr̄m i galilea vidꝫre mereamur. Adiuuet oīpotēs ꝺus ad vitā ꝺſideriū nr̄ꝫ q̄ ꝓ nobis i mortē dedit vnicū filiū ſuū. Qui cuꝫ eo ⁊ ſpiritu ſcō viuit ⁊ regnat deus p oīa ſecula ſeculoꝝ. Amen

Scdm iohm. Capitulo. xx.

In illo .t. Una ſabati maria magdalene venit mane cū adhuc tenebre eēnt ad monumentuꝫ. Et vidit lapideꝫ ſublatū a monumento. ⁊ reliqua.

Omelia. xxij. lectio eiuſdem.

Tractꝰ lōga moleſtia ſtomachꝰ diu iā caritati v̄re ꝺ lectiōis euāgelice loq̄ expoſitione ꝓhibuit. Uox nāqꝫ ipa a clamoris virtute ſuccubuit. ⁊ qꝛ a multis audiri nō valeo: loq̄ fateor iter multos erubeſco. ſꝫ hāc in me verecūdiā ⁊ ipe reprehendo. Quid. n. nūq̄d ſi multis ꝓdeſſe nequeo nec paucis curabo? Et ſi ex meſſe portare manipuloſ multos nō poſſuꝫ nūquid nā ꝺbeo ad aream vacuus redire. Quāuis. n. q̄ꝑtos ꝺbeo ferre nō valeo certe vel paucos: certe vel duos: certe vel vnuꝫ feraꝫ. Hꝫ namqꝫ ipa īfirmitatꝭ itentio mercedis ſue certitudineꝫ qꝛ ſupnꝰ arbitꝛ nr̄: ⁊ ſi pōdꝰ ꝯſiderat i retributōe tn̄ vires penſat i pōdere. Lectio ſci euangelij. quā mō audiſtiſ frēs valꝺ iſupficie hiſtorica ē apta ſꝫ eiꝰ nobis ſūt miſteria ſb breuitate req̄rēda. Maria magdalne cum adhuc tenebre eēnt veīt ad monumentuꝫ. Iuxta hiſtoriaꝫ notatꝛ hora iuxta itellectū xo myſticū req̄rentꝭ ſignatꝛ intelligentia. maria. n. auctoreꝫ oīuꝫ queꝫ carne vidꝛat mortuū q̄rebat in monumento: ⁊ q̄ hūc minime inuenit furatū credidit. Adhuc .n. i corde ſuo erant tenebre cōuenit ad monumētū. Cucurrit ergo citius diſcipulis nūciauit. Sꝫ illi p̄ceteris cucurrerunt q̄ preceteris amauerūt. Uidelicet petrꝰ ⁊ iohs Currebant aūt duo ſimul ſꝫ iohs

pcucurrit citius petro. Uenit poꝛ ad monumētū ⁊ ingredi nō pſum pſit. Uenit ergo poſterioꝛ petrus ⁊ intrauit. Quid fr̄s curſus iſte ſignificat nūquid naʒ hec taʒ ſb̄tiliſ euangeliſte deſcriptio a miſterijs vacare credenda eſt. Minime. neq̄ʒ .n. ſe ioh̄s preiſſe ⁊ non intraſſe diceret. ſi in ip̄a ſua trepidacione miſteriū defuiſſe crediḋiſſet. Quid .n. p ioh̄ʒ niſi ſinagoga. Quid p petꝝ niſi eccleſia deſignat. Nec mirꝝ eſſe videat̄ ꝙ p iunioreʒ ſinagogā p ſeniorē ꝟo eccleſia ſignari phibet̄. q2 ⁊ ſi ad di cultū priorē ſinagoga eſt ꝙ eccleſia gentium ad vſum tn̄ ſeculi priorē multitudo gētiū ꝙ ſinagoga. Paulo ateſtāte q̄ ait. Nō nō pri⁹ qd ſpāle eſt ſʒ qd aiale p ſeniorē g⁹ petꝝ ſignificat̄ eccleſia gētiū p iuniorē ioh̄ʒ ſinagoga iudeoꝝ. Cucurrerūt ābo ſimul q2 ab ortu ſui tp̄e vſq3 ad occaſū pari ⁊ cōi via ⁊ ſine pari ⁊ cōi ſenſu gētilitas cū ſinagoga decurrit. Uenit ſinagoga poꝛ ad monumentū ſʒ minime intrauit q2 legis qdē mādata pcepit, pphecias di incarnatiōe ac paſſiōe dn̄ica audiuit ſʒ credere in moꝛtuū noluit. vidit .n. ioh̄s poſita linteamina non tn̄ introiuit: q2 videlicet ſinagoga ⁊ ſcripture ſacramenta cognouit ⁊ tn̄ ad fideʒ paſſiōis dominice credendo intrare diſtulit. Quē diu lōgeꝙ pphetauit pſentē vidit ei credere renuit. Hoīeʒ eē deſpexit deū carne moꝛtalē factum credere noluit. qd g⁹ ē niſi q2 cuius cucurrit ⁊ tam an monumētū vacua ſtetit. Uenit āt ſimō petruſ ſequēs eū ⁊ introiuit in monumētū. Nā ſecuta poſterioꝛ eccleſia gētiū mediatorē di ⁊ hoīuʒ: hoīem xp̄ʒ ih̄ʒ ⁊ cognouit carnē moꝛtuū ⁊ viuētē credidit deū. Uidit lintamia poſita ⁊ ſudariuʒ qd fuerat ſup cap̄ eius nō cū linteaminibus poſitū: ſʒ ſepatī inuolutū i vnū locū. Quid eē fr̄s credimus ꝙ ſudariū capit̄ dn̄i cū linteaminibus nō inenit̄ i monumēto niſi q2 atteſtāte paulo cap̄ xp̄i ds. Et diuinitat̄ icōphēſibilia ſacramēta. ab ifirmitatis nr̄e cognitiōe diſiūcta ſit ei⁹ q3 potētia creature trāſcēdit naʒ Et notāduʒ ꝙ nō ſolū ſepatim ſʒ et inuolutū īuētū dr̄. Linteū qppe qd inuoluit̄: ei⁹ nec initiū nec finis aſpicit̄. Recte ergo ſudariū capitis inuolutū inētū ē q2 celſitudo diuinitat̄ nec cep eē. Nec deſinit nec p initiū naſcit̄. Nec t mio coāguſtat̄. Bn̄ āt addit̄ i vnū locū q2 i ciſſura mētiū deus nō ē. De⁹ qppe in unitate ē. Et illi eius graz hre merēt̄ q̄ ſe ab iuicē p ſectarū ſcādala nō diuidūt. Sʒ q2 ſolʒ p ſudariū laboꝛātiū ſudoꝛ tergit̄: pt et ſudarij nomē exp̄mi laboꝛē di q̄ iſe qdē qet⁹ p atq3 icōmutabilis pmanet ſʒ tam laboꝛare ſe dnūciat: cū duras hoīuʒ prauitates poꝛtat. Unde ⁊ p pph̄am dicit.

Laboraui ſuſtinens. Deus autem
apparuit in carne. Laborauit ex
noſtra iniquitate. Quē laborem
paſſionis ei⁹ dū icreduli viderūt
eum venerari noluerunt. Quem
enim videbant carne mortalē de-
dignati ſūt credere i mortalez eſſe
diuinitate. Unde etiam ieremias
ait. Redde eis vicē dn̄e iuxta op̄a
manuū ſuarū. Dabis eiſ ſcutū cor
dis laborē tuū. Ne eniz p̄dicatio
nis ſpicula eorū corda penetrarēt
dū paſſiōis ei⁹ laborē dedignati
ſūt: quaſi eundē laborē illius pro
ſcuto tenuerūt: vt eo ad ſe tranſi-
re eius verba nō p̄mitterent: quo
euz laborare vſqz ad mortē vide-
rent. Quid āt nos niſi noſtri capi
tis idē domini mēbra ſum⁹. Per
linteamina itaqz corporis laborū
ligamēta ſignant᷑ que nūc electoſ
oēs idest. eius mēbra cōſtringūt
Sudariū g⁹ qđ ſuper caput eius
fuerat ſeorſuz inuenit᷑ q2 ipſa re-
dēptoris noſtri paſſio. lōge a nr̄a
paſſiōe diſiūcta ē qm̄ ipſe ſine cul
pa p̄tulit. qđ nos cū culpa tolera-
mus. Ipſe ſponte morti ſubcūbere
voluit ad quā nos venim⁹ inuiti
Sequit᷑ Tūc ergo introiuit ⁊ il
le diſcipulus q̄ venerat prior ad
monumetū. Poſtq̄ȝ i trauit petr⁹
ingreſſus ē. ⁊ iohes. Poſterior in
trauit q̄ prior venerat. Notuz vo
bis fratres eſt q̄ in fine mūdi ad
redēptoris fidē ēt iudea colliget᷑
Paulo atteſtāte q̄ ait. Donec ple-
nitudo gētiū intraret ⁊ ſic oīs iſra
el ſaluus fieret. Et vidit ⁊ credi-
dit. Quid fratres q̄d eſtimand⁹
eſt crediſſe. Nūq̄d q2 dn̄s re-
ſurrexerat quē querebat. Nō vti
que q2 adhuc tenebre erāt ad mo
numentuz ⁊ ſubiuncta quoqz ver
ba ↄtradicūt cuz dicit᷑. Nūduz
eniz ſciebat ſcripturas q2 oporte-
ret eū a mortuiſ reſurgere. Quid
ergo vidit ⁊ quid credidit. Uidit
linteamina poſita ⁊ credidit qđ
mulier dixerat. De monumēto do
minū fuiſſe ſublatuz. Qua i re di-
uine diſpenſationis magnitudo
penſanda eſt q̄ diſcipuloꝝ corda
⁊ accendunt᷑ vt querāt: ⁊ differū
tur ne iueniāt. Quatin⁹ i firmitaſ
aīi ip̄o ſuo merōe cruētia purgati
or ad iueniendu3 fiat. ⁊ tanto vali
dius teneat cū iuenerit quāto tar
dius iuenit qđ querebat. Hec fra
tres cariſſimi ſub breuitate de euā
gelica lectiōe trāſcurrim⁹ nunc re
ſtat vt de ipſa tante ſolēnitatis no
bilitate aliquid loquamur. Hāc
enī recte nobilitatez ſolēnitatis di
cā q2 ſolēnitates ceteras ātecedit
Sicut.n. i ſacro eloquio ſcā ſcōꝝ
vt cātica canticoruz .p ſui magni-
tudine dicunt᷑. Ita hec feſtiuitas
recte dici p̄t ſolēnitas ſolēnitatuz
Ex hac quippe ſolēnitate exēplū
nobis reſurrectiōis datū ē. ſpeſ ce
leſtis patrie apta ⁊ facta ſup̄ni re
gni iā p̄ſūptibilis gloria. Per hāc
electi q̄ q̄uis i trāq̄litat᷑ ſinu tamē
apđ iferni clauſtra tenebāt᷑ ad pa
radiſi amoena reducti ſt᷑. Q3 an

paſſionē dixit i reſurrectōe ſua do
min⁹ ipleuit. ſi exaltat⁹ fuero a ter
ra oīa traham ad me. Oīa .n. tra-
xit q̄ de elect ſuis apō iferos nul-
lū reliq̄t. Oīa abſtulit vtiq̄ȝ electa
neq̄ȝ eteniȝ, īfideles q̄ſq̄ȝ ⁊ ꝑ ſuis
criminib⁹ eternis ſupplicijs dedi
tos ad veniaȝ domin⁹ reſurgēdo
repauit. ſȝ illos ex iferni clauſtris
rapuit q̄s ſuos i fide ⁊ actibus re
cognouit. Vñ recte ēt ꝑ oſee dī.
Ero morſ tua o morſ: ero morſuſ
tuuſ iferne. Id nāq̄ȝ qđ occidim⁹
agim⁹ vt penit⁹ nō ſit. Ex eo ⁊ .n.
qđ mordem⁹ ꝑteȝ abſtraham⁹ ꝑ-
teq̄ȝ reliquim⁹. Qr g⁹ i elect ſuis
fūdit⁹ occidit mortē: mors mort
extitit. Qr vō ex iferno ꝑteȝ ab-
ſtulit ⁊ ꝑteȝ reliq̄t. Nō occidit fū
dit⁹ ſȝ momordit ifernū. Ait g⁹.
Ero mors tua. o mors. Ac ſi apte
dicat. Qr i elect meis te fūdit⁹ ꝑ
imo. Ero morſus tuus iferne. Qr
ſublat eis te ex ꝑte tranſfigo. que
eſt g⁹ iſta ſolēnitas q̄ iferni clau
ſtra ďſtruxit. ⁊ ianuas nob regni
celeſtis apuit Inq̄ram⁹ ſbtili⁹ no
meȝ ei⁹ req̄rat egregi⁹ p̄dicator
videam⁹ q̄d ď ei⁹ eſtimatiōe ďnū-
tiet. Ait .n. Et .n. paſcha nr̄uȝ imo
lat⁹ ē xp̄s. ſi igr̄ paſcha xp̄s pen-
ſanduȝ nobis eſt q̄d ď paſcha lex
loq̄t: vt idagem⁹ ſbtili⁹ an ď xp̄o
dicta videant. Moyſes q̄ppe ait
ſument ď ſanguīe agni ac ponent
ſup vtrūq̄ȝ poſteȝ ⁊ iſup liminari
b⁹ domoꝝ i q̄b⁹ comedent illum
Et edent carnes nocte illa aſſas
igni ⁊ azimos panes cuȝ lactucis
agreſtib⁹ n̄ comedet ex eo crudū
q̄d nec coctū aq̄ ſȝ aſſum tm̄ igni.
Caput cuȝ pedib⁹ ei⁹ ⁊ inteſtinis
vorabit nec remanebit ex eo q̄cq̄
vſq̄ȝ mane. ſi q̄d reſidui fuerit igni
comburetis. Vbi ⁊ addit. ſic autē
comedet illū. Renes vr̄os accīget
calciamenta habebit i pedib⁹ te-
nentes baculos i manib⁹ ⁊ come-
det feſtinant. Que videlicet cun-
cta magnaȝ nobis edificationem
pariūt. ſi fuerit myſtica iterp̄tatio
ne diſcuſſa. Quid nāq̄ȝ ſit ſanguiſ
agni nō iā audiēdo ſȝ bibēdo didi
ciſtiſ. Qui ſāguis ſup vtrūq̄ȝ p⁹
pōit. qn̄ nō ſoluȝ ore corꝑis. ſȝ
etiaȝ ore cordiſ haurit. In vtroq̄ȝ
⁊ .n. poſte agni ſanguiſ eſt poſit⁹
qn̄ ſacramentū paſſiōis illi⁹ cum
ore ad redēptioneȝ ſumit ad imi-
tationeȝ q̄q̄ȝ itenta mente cogitat
Naȝ q̄ ſic redemptoriſ ſui ſangui
neȝ accipit vt imitari paſſiōeȝ illi⁹
nec duȝ velit. In vno poſte ſangui
neȝ poſuit q̄ etiaȝ iſup liminarib⁹
domoꝝ ponend⁹ eſt. Quid .n. ſpi
ritalit domos niſi mentes nr̄as
accipim⁹. In q̄b⁹ ꝑ cogitationem
ihabitam⁹. Cui⁹ dom⁹ ſup limiar
eſt ip̄a itentio q̄ p̄eminet actiōi. q̄
igr̄ itētiōeȝ cogitatiōis ſue ad imi
tatiōeȝ dominice paſſiōis dirigit
iſup liminarib⁹ dom⁹ agni ſan-
guinē pōit. Vel certe dom⁹ nr̄e ip
ſa ſt corꝑa i quib⁹ q̄uſq̄ȝ viuimu⁹
habitam⁹. ⁊ iſup liminari dom⁹
agni ſ pōim⁹ q̄r crucē paſſiōis illi⁹

ĩfrõte portam⁹ De q̃ adhuc agno
ſubdit. Edẽt carnes nocte illa aſ
ſa igni. In nocte q̃ppe agnũ cõedi
m⁹ q̃ i ſacramẽto mõ dñicũ corp⁹
accipim⁹ qñ adhuc ad iuicẽ nr̃as ꝯ
ſciẽtias nõ videm⁹. Que tam̃ car/
nes igni aſſãde ſũt. q̃a nimiꝝ diſſo
luit carnes q̃s aq̃ coxerit. q̃ſi vero
ignis ſine aq̃ excoq̃t roborat. Car
nes itaq̃ʒ agni nr̃i ignis cox̃. q̃ cũ
ip̃a vis paſſiõis illi⁹ ad reſurrecti
onẽ valẽtiorẽ reddidit: atq̃ʒ ad in/
corruptõeʒ robarañ. Qui.n.ex mõ
te cõualuit. videlʒ carnes illius ab
igne duruerũt. Vñ ẽt p̱ pſalmiſtã
dic̃: Exaruit velut teſta ꝟtus mea
Quid nãq̃ʒ ẽ teſta ãte ignẽ niſi mo
le lutũ. Sʒ ei ex igne agit̃ vt ſolid
tur. Virtus ergo hũanitat̃ ei⁹ ve/
lut teſta exaruit. q̃ ab igne paſſio/
nis ad ꝟtutẽ incorruptiõis creuit.
Sola redẽptõis nr̃i p̱cepta ſacra
m̃ta ad verã ſolẽnitatẽ m̃tis nõ ſuf
ficiũt. niſi eis quoq̃ʒ ⁊ bõa opa iun
gant̃. Quid.n. ꝓdẽ: corpus ⁊ ſan
guinẽ illius ore p̱cipe: ⁊ ei p̱uerſis
morib⁹ ꝯtraire. Unde bene adhuc
ad comedẽdũ ſb̃dit̃: ⁊ azimos pa
nes cuʒ lactucis agreſtib⁹. Panes
q̃ppe ſine fermẽto comedit. q̃ recta
op̱a ſine corruptõe vane glorie exẽ
cet. Qui mãdata mie ſine admixti
one peccati exhibet ne p̱uerſe diri
piat q̃d q̃ſi r̃cte diſpẽſat: h̃ q̃q̃ʒ pec
cati fermtuʒ hõe ſue actiõi miſcue/
rãt: q̃bus ꝓph̃e voce p̱increpatio
nẽ dominus dicebat. Venite ad be
thel: et ip̄ie agite. Atq̃ʒ poſt pauca
⁊ ſacrificate de fe rmẽtato laudem.
de fermentato nãq̃ʒ laudẽ imolat.
q̃ dõ ſacrificiũ d rapina parat. La
ctuce ꝟo agreſtes valde amare ſũt
agni carnes ergo cũ lactucis agre
ſtib⁹ edende ſũt. vt cũ corpus redẽ
ptoris accipimus: nos ꝓ peccatis
nr̃is i fletibus affligamus. Quati
nus ipſa amaritudo penitẽtie: ab
ſtergat a mẽtis ſtõacho p̱uerſe hu
morẽ vite. Ubi ⁊ ſb̃dit̃. Nõ come
det̃ ex eo cruduʒ q̃d nec coctũ aq̃.
Ecce iã nos ipſa ꝟba hiſtorie ab ĩ
tellectu hiſtorico repellũt. Nũq̃d
nã fr̃s chariſſimi iſrahel iticus ille
populus in egypto ꝯſtitutus come
dere agnũ crudũ cõſueuerat vt ei
lex dicat. Nõ comedet̃ ex eo cru/
dũ q̃d. Ubi ⁊ addit̃. Neq̃ʒ coctũ
aq̃. Sed q̃d aq̃. Niſi humanã ſci/
entia deſignat. Iuxta hoc q̃d p̱ ſa/
lamõis vocẽ ſub hereticoꝝ ſpẽ dr̃.
aque furtiue dulciores ſũt. Quid
crude carnes agni niſi incõſidera/
tã ac ſine reuerẽtia cogitatiõis reli
ctã: illius hũanitatẽ. Oẽ.n. q̃d ſb̃
tiliter cogitam⁹: q̃ſi m̃te coquim⁹
eius. Sʒ agni caro nec cruda edẽ
da ẽ: nec cocta aq̃. Quia redẽptor
nr̃ neq̃ʒ purus hõ exĩmãdus eſt.
Neq̃ʒ p̱ humana ſapiẽtiã q̃liter i
carnari diſpoſuit cogitãdus. Ois
eni q̃ redẽptoreʒ nr̃m puꝝ hoiem
credit: q̃d iſte aliud quã agni car/
nes crudas comedit. Quas videlʒ
co q̃re p̱ diuinitatis ei⁹ intelligẽtiã
noluit. Ois ꝟo q̃ incarnatõis ei⁹
myſteria iuxta humanã ſapientiã
diſcutere cõat̃ carnes agni aq̃ vult
coquere: idẽ. diſpẽſatiõis ei⁹ my

ſteriū ꝑdiſolutā vult ſciētiā penetra
re. Qui igiť paſchalis gaudij ſolē
nitatē celebrare deſiderat. agnū ne
qꝫ aq̄ coq̄t: neqꝫ crudū comedat.
vt neqꝫ ꝑ hūanā ſapiētiā ꝓfūdita
tē īcarnatiōis illius penetrare ap
petat neqꝫ ī eū tanq̄ ī hoīeꝫ paruꝫ
credat. Sꝫ aſſas igni carnes agni
comedat. vt diſpēſari oīa ꝑ ſcī ſpūs
potētiā ſciat. De q̄ adhuc recte ſub
iūgiť. Caput cū pedib⁹ ⁊ itestinis
vorabiť. q̄ꝛ redēptoꝛ nr̄ eſt. a. ⁊. o.
De⁹ videlꝫ ante ſecula: ⁊ hō in fine
ſeculoꝝ. Sꝫ ſicut iā ꝓdiximus frs.
paulo atteſtāte didicim⁹: q̄ꝛ caput
xp̄i de⁹. Caput ergo agni vorare ē
diuinitatē ei⁹ excellētiā toto mētis affe
ctu cū ꝑfecte fidei obſeq̄o amare ⁊
venerari. Pedes ṽo agni voraꝛe ē
veſtigia ei⁹ hūanitatꝭ amādo ⁊ imi
tādo ꝑq̄rere. Quid ṽo ſūt inteſti
na: niſi ṽboꝝ illi⁹ occulta ⁊ myſti
ca mandata q̄ tc voram⁹ cū ṽba vi
te cū auiditate ſumim⁹. In q̄ vora
tiōis verbo q̄d aliud q̄ pigritie nr̄e
tōpoꝛ repꝛhēdiť q̄ ei⁹ ṽba atqꝫ mi
ſteria ⁊ ꝑ noſmetipſos nō req̄rim⁹
⁊ dicta ab alijs audim⁹ inuiti. Nō
remanebit ex eo q̄cq̄uā vſqꝫ mane
q̄ꝛ ei⁹ dicta magna ſūt ſollicitudīe
diſcutiēda. Quatinus ꝑuſq̄ dies
reſurrectiōis appareat: in hac p̄ſē
tis vite nocte oīa mandata illi⁹ in
telligēdo ⁊ opando penetreť. Sꝫ
q̄ꝛ valde ē difficile vt oē ſacrū eloq̄
uꝫ poſſit intelligi ⁊ oē ei⁹ myſteriū
penetrari. Recte ſbiūgiť. Si q̄d
āt remāſerit igni cōbureť. Q̄d ex
agno remanet igni ꝯburimus. q̄n

h̄ q̄d myſterio incarnatiōis ei⁹ itel
ligere ⁊ penetrare nō poſſum⁹: po
teſtati ſcī ſpūs hūiliť reſeruam⁹. Ut
non ſupbe q̄s audeat vt cōtēnere
vt dnūciare q̄d nō intelligit ſꝫ hoc
igni tradat cū ſcō ſpū: reſuat. Q̄ꝛ
igiť q̄liť edēdū ſit paſcha cogno
uimus nc̄ a q̄b⁹ edi debeat agnoſca
mus. Sequiť. Sic āt comedeť il
lū renes vr̄os accingetꝭ. Quid ꝑ re
nib⁹ niſi dlectatō carnis accipiť. vn̄
⁊ pſalmiſta poſtulat dicēs. Ure re
nes meos. Si. n. voluptatē libidīs
in renib⁹ eē neſciret: eos uri minīe
petiſſet. Und q̄ꝛ poteſtas diaboli
in hūano gn̄e maxīe ꝑ luxuriā p̄
ualuit. d illo voce dnīca dr̄. Pote
ſtas. n. ei⁹ ī lūbis ei⁹. Qui ergo pa
ſcha comedit hēre renes accinctos
d̄bꝫ vt q̄ ſolēnitatē reſurrectōis at
qꝫ īcoꝛruptōis agit: coꝛruptōi iā ꝑ
uitia nulla ſbiaceat. Uoluptates e
domet: carnē a luxuria reſtrīgat:
neqꝫ ⁊. n. cognouit q̄ ſit ſollēnitas
īcōꝛruptōis q̄ adhuc ꝑ icōtinētiā cō
ruptiōi ſbiacet. Hec q̄buſdā dura
ſť. Sꝫ āguſta pōta ē q̄ duc̄ ad uitā
⁊ hēm⁹ iā multa exēpla ꝯtinētiūꝫ.
Und ⁊ bn̄ adhuc ſbdiť. Calciamē
ta hēbitꝭ ī pedib⁹. Quid ſť ⁊. n. pe
d̄s nr̄i. niſi opa. Quid ṽo calciamē
ta niſi pelles mōtuoꝝ aīaliū. calcia
mēta āt ped̄s mūiūt. Que ṽo ſť mō
tua aīalia ex q̄ꝛū pelib⁹ nr̄i mūiun
tur ped̄s niſi ātiq̄ p̄res q̄ nos ad
eternā patriā p̄ceſſere. Quoꝝ dū
exēpla ꝯſpicim⁹ nr̄i opis ped̄s mu
nim⁹. Calciamēta ergo in pedibus
hēre ē: moꝛtuoꝝ vitā cōſpicere: ⁊

nr̃a veſtigia a peccati vulnerē cuſto
dire. Tenētes baculos i manibuſ
Quid les p baculū niſi paſtoralē
cuſtodiā deſignat. Et notādū ꝙ
prius p̄cipimur renes accingere:
poſtmodū baculos tenere: q2 illi
debēt curā paſtoralē ſuſcipere: q
iā3 i ſuo corpe ſciūt fluxa luxurie
edomare. Ut cū aliis fortia p̄di-
cant: ipſi deſideriis mollibus ener-
uit nō ſuccūbāt. Vñ āt ſubdit: 7
comedetis feſtinant. Notate f̃rs
notate qđ dr̃ feſtinant. Mādata
dei myſteria redēptoris celeſtis
patrie gaudia cū feſtinatione co-
gnoſcite 7 p̄cepta vite cū feſtinatio
ne implere curate. Quia. n. adhuc
hodie l3 bene agere ſcim⁹: vtrum
cras liceat ignoram⁹. Feſtinātes
ergo paſcha comedite: id ē ad ſol-
lēnitatē patrie celeſtis anhelate.
Nemo i hui⁹ vite itinere torpeat
ne i patria locū pdat. Nemo mo
ras ad appetēda ſtudia boni ope
ris inectat: ſ3 cepta pficiat ne mi-
nime liceat iplere qđ ichoat. Si
ad amorē dei pigri nō ſum⁹. adiu
uat ipſe quē amam⁹ ih̄s xp̄s dñs
nr̄ q viuit 7 regnat cū p̄re i vnitate
ſpūs ſci deus. Per omnia ſecula
ſeculoꝝ amē. Scđꝫ ioannem.
Capitulo vigeſimoquarto.

In illo tp̄e. Duo ex diſcipulis
ibāt ipſa die i caſtellū qđ erat
in ſpacio ſtadiorū. lx. ab hie-
ruſalē noīe emaus. 7 reliqua.

Omel. xxiij. lec. eiuſdē btī gre. pp̄.

In quottidiana vobis ſo-
lemnitate laborantibus pauca
loquenda ſunt. Et fortaſſe hec
vtilius proderūt q2 ſepe 7 alimē
ta que min⁹ ſufficiūt: auidius ſu
munt. Lectiōis ergo euāgelice ſu
matiꝫ ſenſū ſtatui ñ p ſingula ver
ba diſcutere ne dilectioēꝫ vr̃aꝫ vale
at ſmo prolixior expoſitiōis one
rare. Ecce audiſtiſ f̃rs cariſſimi q2
duob⁹ diſcipulis ābulantib⁹ i via
nō quidē credētib⁹ ſ3 tn̄ đ ſe loquē
tib⁹ dñs apparuit ſ3 eis ſpēm quā
recognoſcerēt nō oñdit. Hoc er-
go egit foris domin⁹ i oculis cor
pis qđ apud ipſos agebat it⁹ i o
culis cordis. ipi naꝗ3 apđ ſemet
ipos itus 7 amabāt 7 dubitabāt
videbāt 7 ñ cognoſcebant. Eis āt
đ ſe 7 foris 7 p̄ns aderat 7 qs eēt
ñ oñdebat. De ſe g° lo q̄ntib⁹ p̄ntiā
exhibuit ſ3 đ ſe dubitātib⁹ cogniti
oniſ ſue ſpēꝫ abſcōdit. Vba q̄dē cō
tulit duriciā itellect⁹ icrepauit. ſcri
pture ſacre myſteria q đ ipo erāt
apuit 7 tamē q2 adhuc i eoꝝ cordi
b⁹ pegrin⁹ erat a fide ire ſe lōgi⁹ fin
xit. Fingere naꝗ3 ꝯponere dicim⁹
vñ 7 ꝯpoſitores luti figulos voca
m⁹. nihil g° ſimplex vitas p dupli
citatē fec. Sꝫ talē ſe eis exhibuit i
corpe q̄lis apđ illos erat i mēte. p-
bādi āt erāt ſibi q cū 7 ſi nec dū vt
dm̄ diligerēt ſaltē vt pegrinū ama
re potuiſſēt. ſ3 q2 eē eñ nequeūt a chari-
tate ñ poterāt ij cū qb⁹ vitas g̃di
ebat cū ad hoſpitiū q̄ſi pegrinū
vocāt. Cur āt dicim⁹ vocāt cum il
lic ſcriptū ſit. Et coegere eum. Ex

quo nimirū exēplo colligit q̄ peregrini ad hoſpitiū non ſolum inuitandi ſunt ſed ēt trahendi. Mēſam ponunt: cibos offerūt: ⁊ deum quē in ſcriptura ſacre expoſitione non cognouerant: in panis fractione cognoſcunt. Audiēdo precepta dī illumiati nō ſunt faciendo illuminati ſunt. Qr ſcriptum eſt. Nō auditores legis iuſti ſunt apud deum: ſed factores legis iuſtificabuntur. Quiſquis ergo vult audita intelligere: feſtinet ea que iā intelligere potuit implere. Ecce dn̄s nō eſt cognit⁹ dū loqueret: ⁊ dignatus ē cognoſci dū paſcit. hoſpitalitatē ergo fratres cariſſimi diligite: caritatis opera amate. Hic ⁊.n. p paulū dī Caritas fraternitatis maneat in vobis: ⁊ hoſpitalitatē nolite obliuiſci. Per hanc.n. placuere quidā āgelis hoſpitio receptis. Hinc petrus ait. hoſpitales iuicē ſine murmuratiōe. Hinc ipſa veritas dicit hoſpes fui ⁊ ſuſcepiſtis me. Opinata res eſt valde: ⁊ ſeniorū noſtrorū nobis relatione tradita.

Miracula.

Quidā paterfamilias cū tota domo ſua magno hoſpitalitatis ſtudio ſeruiebat. Cū que quotidie ad mēſā ſuā peregrinos ſuſciperet. quodā die peregrinus quidā inter alios venit ad menſā duct⁹ ē. Dūq p̄rfamilias ex humilitatis cōſuetudine aquā vellet in ei⁹ manib⁹ fundere: conuerſus vrceū accepit. Sz repente cū i cui⁹ manib⁹ aquā fundere voluerat nō īuenit. Cūq hoc factū ipſe ſecū miraret eadē nocte p viſionē ei dn̄s dixit. Ceteris dieb⁹ me i mēbris meis: heſterno āt die me ī me metipſo ſuſcepiſti. Ecce i iudiciū veniēſ dicit. Nō vni ex minimis meis feciſtis: mihi feciſti Ecce an̄ iudiciū cū p mēbra ſua ſuſcipit ſuſcepturos ſuos ēt p ſe metipſū reqrit. Et tn̄ nos ad hoſpitalitatis grāz pigri ſum⁹. Pēſate frēs q̄ta hoſpitalitatis virtus ſit ad menſas vr̄as xp̄z ſuſcipite: vt vos ab eo ſuſcipi ad ꝯuiuia eterna valeatis. Prebete mō peregrino xp̄o hoſpitiū: vt vos in iuditio nō q̄ſi pegrinos neſciat ſz vt ꝓprios recipiat in regnum.

Secūdū ioannem

Capitulo.xxi.

In illo tpe. Manifeſtauit ſe iterū ih̄s diſcipulis ſuis ad mare tiberi adis. manifeſtauit āt ſic ⁊ reliqua.

Omelia.xxiiij.lec. eiuſdē btī gre. pape hita ad populū i baſilica beati ioannis.

Lectio ſci euāgelij que mō i aurib⁹ vr̄is lecta ē frēs mei q̄ōne aiū pulſat ſz pulſatione ſua vi diſcretiōis idicat. Queri ⁊.n. pt cur petr⁹ q̄ an̄ ꝯuerſionē piſcator fuit p⁹ ꝯuerſiōē ad piſcatiōē rediit. ⁊ cū veritas dicat. Nemo mitēs manū ſuā in aratrū ⁊ aſpiciēs retro apt⁹ ē regno dī. Cur

repetit qđ dereliquit: Sʒ ſi virt⁹ diſcretiōis inſpicit̃ citi⁹ vī q2 nimiꝝ negotiū qđ añ cōuerſionē ſine peccato extitit hoc ēt poſt conuerſionē repetere culpa non fuit· Nā piſcatorē petrū matheū vero fuiſſe thelonearium ſcim⁹: ⁊ poſt cōuerſionē ſuā petrus ad piſcationē rediit. Matheus vero ad theloniei negotiū nō reſedit. Quia ⁊ aliud ē victū ꝑ piſcationē querere aliud eſt thelōei lucris pecuniaſ augere. Sūt ⁊ .n. pleraqʒ negotia q̄ ſine peccatis exhiberi aut vix aut nullatenus poſſūt. Que ergo ad peccatū implicant: ad hec neceſſe ē vt poſt cōuerſionē anim⁹ nō recurrat. Queri ergo pōt cur diſcipulis i mari laborātib⁹ poſt reſurrectionē ſuā dñs in littore ſtetit: q̄ añ reſurrectōeʒ ſuā corā diſcipulis in fluctibus maris ambulauit. Cuius rei rō feſtine cognoſcit̃ ſi ipſa que tūc ierat cā pēſet̃. Quid enī mare niſi p̄ſens ſeculū ſignat qđ ſe cāꝝ tumultib⁹ ⁊ vndis vite corruptibilis illidit. Quid ꝑſoliditatē littoriſ niſi illa ꝑpetuitas q̄ etis eterne figurat̃. Q2 igit̃ diſcipuli adhuc fluctib⁹ mortalis vite inerāt i mari laborāt. q2 aūt redēptor nr̄ iā corruptionē carnis exceſſerat poſt reſurrectionē in littore ſtabat. ac ſi ipſū reſurrectionis ſue myſteriū rebus diſcipulis loquereť dicēs. Iā vobis i mari nō appareo. quia vobiſcū i ꝑturbatiōis fluctib⁹ nō ſū. Hinc ē .n. qđ in alio loco poſt reſurrectionē ſuā eiſdē diſcipulis dicit. Hec ſūt verba que locut⁹ ſū vobis cū adhuc eēm vobiſcū. Neqʒ .n. cū ipſis ñ erat quib⁹ p̄ſēs corporaliter apparebat. ſʒ tñ iā ſe eē cū ipſis denegat: a quorū mortali corpore carnis in mortalitate diſtabat. Qđ illic cū ipis poſit⁹ fatet̃ nō ſe eē cū ipſis: hoc quoqʒ hic ſitu corporiſ idicat cū adhuc nauigātib⁹ ſe eſſe iā in littore demōſtrat. Facta ē āt diſcipulis piſcatiōis magna difficultas vt magiſtro veniēte fieret admiratiōis magna ſublimitas. Q2 ꝓtinus dixit. Mittite in dexterā nauigii rete: ⁊ inuenietis. Biſ in ſcō euāgelio legit̃: q2 dñſ iuſſit vt ad piſcāduʒ retia mitterēt̃: añ paſſionē videlicet ⁊ poſt reſurrectionē. ſed prius q̄ꝫ redēptor noſter pateret̃ ⁊ reſurgeret mitti q̄dē rete ad piſcandū iubet. ſed vtꝝ i dextera an ſiniſtra mitti debuiſſet nō iubet. Poſt reſurrectionem vero diſcipulis apparēs: mitti rete in dexterā iubet in illa piſcatione tāti capti ſūt piſces vt retia rūperent̃. In iſta āt ⁊ multi capti ſūt ⁊ retia rupta nō ſūt. Quis vero neſciat bonos dextera. ⁊ malos ſiniſtra figurari. Illa .n. piſcatio in qua ſpecialiter in quā partē rete mitti debeat nō iubet̃. p̄ſenteʒ eccleſiā deſignauit: q̄ bonos ſimul ac malos colligit nec eligit quo

trahat: qꝛ ⁊ q̊s eligeꝭ poſſit igno
rat. Hec aūt piſcatio poſt domi‑
ni reſurrectionē facta ī ſola dex‑
tera miſſa ē: qꝛ ad videndū clari‑
tatis eiꝰ gloriā: ſola electorū eccle
ſia ptingit que de ſiniſtra ope ni‑
hil hēbit. In illa piſcatiōe pmul‑
titudine piſciū rete rūpitꝭ: qꝛ nūc
ad cōfeſſionē fidei ēt cū electis re
probi tāti intrant qui ipſā quoqꝫ
eccleſiaꝫ hereſibꝰ ſcindāt. In iſta
vero piſcatiōe ⁊ multi piſces ⁊ ma
gni capiuntꝭ: ⁊ rete non rumpitꝭ:
qꝛ ſcā electorū eccleſia ī ꝯtiua au
ctoris ſui pace requieſcēs: nullis
iā diſſenſiōibꝰ dilaniatꝭ. Captis
āt tā magnis piſcibꝰ aſcēdit ſymō
petrꝰ ⁊ traxit rete in terrā. Cre‑
do qđ vr̄a caritas adūrit: quid eſt
qđ petrus rete ī terrā traxit. Ipſi
quippe ſcā eccleſia ē commiſſa. Ip‑
ſi ſpāliter dr̄. Simō iohis amas
me. Paſce oues meas. Qđ ergo
poſtmodū apitꝭ in voce. Hoc nūc
ſignatꝭ in ope. Quia igitur p̄dica
toꝛ eccleſie nos a mundi huiꝰ flu‑
ctibꝰ ſepat. nimiꝝ neceſſe ē: vt re‑
te plenuꝫ piſcibꝰ petrus ad terrā
ducat. Ipſe. n. piſces ad ſoliditatē
littoꝛis ptrahit qꝛ ſcē p̄dicatiōis
voce ſtabilitatē eterne patrie fide‑
libꝰ oñdit. Hoc igitꝭ ꝯbiſ. h epi‑
ſtolis. h agit quotidie miraculoꝝ
ſignis. Quotiēs p eūꝫ ad amoreꝫ
q̇etis eterne cōuertimur. quotiēſ
a terrenaꝝ reꝝ tumultibꝰ ſepara
mur quid aliud ꝙ intra rete fidei
piſces ad litꝰ trahimur. Sꝫ cum
rete magnis piſcibꝰ plenū dr̄: ad
ditꝭ ⁊ ꝙtis. ſ. cētuꝫ q̇nquagita tri‑
bus. A magno miſterio numerꝰ
iſte nō vacat: ſꝫ ītētos vos tāti mi
ſterij ꝓfūditas expectat. Neqꝫ ⁊
. n. ꝙtitatis ſūmaꝫ ſollerter euāge
liſta exp̄meret: niſi hāc ſacramēto
plenā eēt iudicaſſet ſcitis nāqꝫ qđ
ī teſtamēto veteri oīs opatio p d‑
calogi mādata p̄cipitꝭ. in nouo āt
eiuſdē opatōis virtꝰ p ſeptiformē
gr̄am ſci ſp̄s multiplicatis fideli‑
bus datꝭ. Quē ꝓpha denūtianſ
dicit. ſp̄ſ ſapie ⁊ itellectꝰ ſp̄s ꝯſilij
⁊ fortitudinis ſp̄s ſcie ⁊ pietatꝭ: ⁊
repleuit eū ſp̄s timoꝛis dn̄i. ſꝫ ille
in h ſpū opationē p̄cipit q fidem
trinitatꝭ agnoſcit vt ⁊ pr̄eꝫ ⁊ filiuꝫ
⁊ eūdē ſp̄m ſcm̄ vniꝰ ꝯtutꝭ credat
vniꝰ ſb̄e eē fateatꝭ. Qꝛ igitꝭ ſeptē
q ſupiꝰ dixīmꝰ p nouū teſtamētū
latiꝰ data ſꝭ decē ꝯo p uetꝰ prece
pta: oīs nr̄a ꝯtꝰ ⁊ opatio p deceꝫ
⁊ ſeptē p̄t plene ꝯphēdi. Ducamꝰ
ptrigonū decē ⁊ ſeptē ⁊ vēiūt q̇n
q̄gita vnū. Qꝫ ꝓfecto nūerꝰ a ma
gno miſtēio n̄ vacat qꝛ ī teſtamēto
veteri legimꝰ ꝙ ānꝰ q̇nq̄geſimꝰ iu
beleuꝰ vocari iuſſꝰ ē ī q̊ vꝫ cūctꝰ po
pulꝰ ab oī opatiōe q̇eſceret. ſꝫ ve‑
ra q̇es ī unitate ē diuidi q̄ppe vnū
n̄ pt. vbi. n. ſciſſura diuiſiōis ē: ꝯa
req̇es n̄ ē. ducamꝰ gꝰ ptrigonū q̇n
q̄gita ⁊ vnū ⁊ fiūt cētū q̇nq̄gita
tres. qꝛ igꝭ ⁊ oīs nr̄a opatō ī fide
trinitatis exhibita ad requiem tē
dit ſeptem ⁊ decem ter ducimus
vt ad q̇nquaginta ⁊ vnum venire

debeamus. ⁊ vera noſtra requieſ
tunc eſt cum ipſam iam claritateʒ
trinitatis agnoſcimus. quam in
vnitate diuinitatis eſſe certum te/
nemus. Quinquaginta ⁊ vnum
ter ducimus ⁊ electoꝛum ſumam
in ſuperna patria quaſi centuʒ q̇n
quaginta ⁊ trium piſcium nume/
rum tenemuſ. Poſt reſurrectionē
ergo domini miſſum rete dignuʒ
fuit. vt tot piſces caperet quot ſo
lummodo electos ciues ſuperne
patrie deſignarent. Inter hec
vero ⁊ heſterna ſancti euangelij
lectio ⁊ hodierna nos admonet vt
vigilanter debeamus iſpicere cur
dominus ⁊ redēptoꝛ noſter poſt
reſurrectionem ſuam piſcem aſſū
legitur comediſſe. Non enim va
cat a myſterio quod iteratur i fa
cto. In hac etenim lectione paneʒ
⁊ aſſum piſcem. In illa vero que
heſterna die lecta eſt cum aſſo pi
ſce etiam fauum mellis comedit.
Quod autem ſignare credimus
piſcem aſſum. niſi ipſum mediato
rem dei ⁊ hominum paſſum. Ipe
enim latere dignatus eſt in aquiſ
generis humāi capi voluit laqueo
moꝛtis noſtre ⁊ quaſi tribulatio/
ne aſſatus eſt tempoꝛe paſſionis
ſue ſed qui piſcis aſſus fieri digna
tus eſt in paſſiōe fauus mellis no
bis extitit in reſurrectione. Aut q̇
in piſce aſſo figurari voluit tribu/
lationem paſſiōiſ ſue: in fauo mel
lis vtranqꝫ naturam expꝛimere
voluit perſone ſue: Fauus quip/
pe mel in cera eſt. Mel vero in ce
ra eſt diuinitas ī hūanitate. Qđ
ab hac quoque lectione nō diſcre
pat. Nam piſcem comedit ⁊ pa/
nem. Qui enim aſſari piſcis potuit
ex humanite: pane nos reficit ex/
diuinitate. Qui ait. ego ſum panis
viuus qui de celo deſcēdi. Aſſum
ergo piſcem comedit ⁊ panem vt
ipſo ſuo cibo nobiſ oſtenderet qꝛ
paſſionem ex noſtra humanitate
pertulit: ⁊ refectionem noſtraʒ ex
ſua diuinitate pꝛocurauit. Qđ ſi
vigilanter inſpiciemꝰ nobis quo
que qualiter ad imitandum ſit cō
gruum videmus. Sic enim ſua
redemptoꝛ indicat: vt imitatiōis
viam nobiſ ſequentibus ſternat.
inimicoꝝ petim⁹ ⁊ tñ ne exaudia
mur timemus. Sed qꝛ internus
iudex mentē potius ꝙ̄ ṽba ꝯſide
rat: pꝛo inimico nihil poſtulat: q̇
ꝓ eo ex chari tate nō oꝛat. Sʒ ec
ce nobis inimicus grauiter deliq̄t
dāna intulit. iuuātes leſit. amātes
perſecutus ē. Retinēda hec eēnt
ſi remittēda nobis delicta nō eēnt
Aduocatus ⁊. n. nr̄ p̄cē nobis in
cā nr̄a cōpoſuit. ⁊ ipſe eiuſdē cau
ſe iudex ē. q̇ ⁊ aduocatus. Preci āt
qua cōpoſuit: cōditionē inſeruit
dicēs. Dimitte nobis d̄bita nr̄a ſi.
⁊. n. di. de. n. Qꝛ g⁹ iudex ipſe ve-
nit q̇ aduocatus extitit: ipſe p̄cem
exaudit. q̇ fecit. Aut g⁹ nō facien
tes dicimus. dimitte nobis de. n.
ſi. ⁊. n. di. de. n. ⁊ nos metipſoſ hoc
dicēdo amplius ligamus. aut foꝛ
taſſe hanc cōditionē in oꝛōne iter
mittim⁹: ⁊ aduocatus nr̄ p̄cē quā
ꝯpoſuit nō recognoſcit. Atqꝫ apd̄
ſe ꝓtinus dicit. Scio q̇d monui.
nō ē ipſa oꝛō quā feci. Quid ergo
agēdū eſt nobis fr̄es: niſi vt vere
char itatis affectū īpēdam⁹ fr̄ib⁹
Nulla in coꝛde malitia maneat.
Cōſideret om̄ipotēs de⁹ erga ꝓ
ximū charitatē nr̄am. vt nr̄is īpē
dat iniq̄tatibus pietatē ſuā. Me
mētote qd̄ monemur. Dimittite.
⁊ dimittetur vobis. Ecce ⁊ debet

nobis ⁊ debemus. Dimittam⁹ er
go qd̄ debet̄ nobis: vt dimittat̄
qd̄ debetur a nobis. Sʒ ad hec
mēſ renitit̄: ⁊ vult īplere qd̄ audit
⁊ tñ reluctat̄. Ad martyris tūbā
cōſiſtimus. q̇ ad celeſte regnuʒ ex
qua moꝛte ꝑuenerit ſcimus. Noſ
ſi ꝓ xp̄o coꝛpus nō ponimus: ſal
tē animū vincamus. Placat̄ de⁹
iſto ſacrificio: appꝛobat ī iudicio
pietatiſ ſue victoꝛiā pacis nr̄e. Cer
tamē nr̄i coꝛdis aſpicit. ⁊ q̇ poſt vi
cētes remūerat: nūc decertātes iu
uat Per ih̄ʒ xp̄ʒ dn̄ʒ nr̄ʒ. q̇ cū eo vi
uit ⁊ regnat d̄s in vnitate ſp̄s ſci ꝑ
omnia ſecula ſeculoꝛum. Amen.

Secundū ioannē. Capi. iiij.

In illo tempoꝛe. Erat
quidā regulus cui⁹ fi-
lius īfirmabat̄ caphar
nauʒ. Hic cū audiſſet qꝛ ih̄s veni
ret a iudea in galileā abijt ad eū ⁊
rogabat vt deſcenderet ⁊ ſanaret
filiū ei⁹. Et reliqua.

Omelia. xxviij hita ad popo-
lū ī baſilica ſcōꝝ Nerei ⁊ achilei

Lectio ſci euangelij quā
mō audiſtis fr̄es expoſi
tione nō īdiget: ſʒ ne hāc
taciti p̄teriſſe videamur exhoꝛtan
do potius ꝙ̄ exponēdo ī ea aliq̇d
loq̄mur. Hoc āt nobis ſolūmō de
expoſitiōe video eē req̇rēdū. Cur
is q̇ ad ſalutē petēdā venerat au-
diuit. Niſi ſigna ⁊ ꝓdigia videri
tiſ nō creditiſ. Qui. n. ſalutē q̄rebat
filio ꝓculdubio credebat. Neqꝫ

crīabeo q̄reret ſalutē quē nō cre
deret ſaluatorē. Quare ḡ dī niſi
ſigna ⁊ ꝓdigia videritis nō creditis
q̇ ante credidit ꝙ̄ ſignum videret
Sꝫ memētote qḋ petijt ⁊ apte co
gnoſcetis q꜓ ī fide dubitauit. Popo
ſcit nāqꝫ vt deſcēderet ⁊ ſanaret fi
liū eiꝰ. Corporalē ḡ pſētiā dn̄i q̄
rebat q̇ ꝑ ſpm̄ nuſquā deerat. Mi
nus itaqꝫ ī illo credidit quē n̄ puta
uit poſſe ſalutē dare niſi pſens eēt
⁊ corpore. Si.n. ꝑfecte crediddiſ-
ſet. ꝓculdubio ſciret q꜓ nō eēt lo-
cus. vbi nō eēt deꝰ. Ex magna ḡ
parte diffiſus ē q̇ v̄tutē nō dedit
maieſtati ſꝫ pſentie corporali. Et
ſalutē itaqꝫ petijt filio: ⁊ tn̄ in fide
dubitauit. Q꜓ eū ad quē venerat.
⁊ potētē ad curādū credidit: ⁊ tn̄
morīēti filio eē abſentem putauit.
Sed dn̄s q̇ rogatur vt vadat: qḋ
non deſit vbi inuitatur indicat.
Solo iuſſu ſalutē reddidit q̇ ſolo
nutu oīa creauit. Qua ī re h̄ nobiſ
ſolerter ītuēdū ē. ꝙ ſicē euāgeliſta
alio teſtāte didicimus. Cēturio ad
dn̄m venit dicēs. Dn̄e puer meꝰ ia-
cet paraliticus ī domo ⁊ male tor
q̄tur. Cui ab ih̄u ꝓtinus reſpōde
tur ego veniā: ⁊ curabo eū. Quid
ē qḋ regulus vocat vt ad eiꝰ filiū
veniat. ⁊ tn̄ ire corporalit̄ recuſat.
ad ſeruū v̄o cēturiōis nō īuitat̄ ⁊
tn̄ ſe corporalit̄ ire pollicet̄. Re-
guli filio ꝑ corporalē pſentiā dedi
gnat̄ adeſſe: cēturionis ſuo nō de
dignat̄ occurrere. Quid eſt h̄ niſi
ꝙ ſupbia nr̄a retūdit̄ q̇ ī hoībus
nō naꝫ q̄ ad imaginē dei facti ſūt
ſꝫ honores ⁊ diuitias veneramur
Cūqꝫ pēſamus q̄ circa eos ſūt. ꝓ
fecto īteriora minime videmꝰ. Dū
ea cōſideramus q̄ ī corporibꝰ di-
ſpecta ſunt negligimus pēſare qḋ
ſunt. Redēptor v̄o nr̄ vt oſtēde-
ret q꜓ q̄ alta ſunt hoībꝰ ſcīs deſpi
ciēda ſunt ⁊ q̄ dſpecta ſunt hoīm
diſpiciēda nō ſūt. Ad filiū reguli
ire noluit. ad ſeruum centurionis
ire paratus fuit. Increpata eſt. er
go ſuperbia nr̄a que neſcit penſa-
re homines propter homines ſed
ſola vt diximus que circūſtant ho
minibus penſat. Naturā nō aſpi
cit. honorē dei in hominibus nō
agnoſcit. Ecce non venit filius dei
ad filium reguli ⁊ tamē venire pa
ratus eſt ad ſalutem ſerui. Certe ſi
nos cuiuſpiā ſeruus rogaret vt ad
eum ire deberemus: protinus no-
bis noſtra ſuperbia incogitatione
tacita reſponderet dicens. Non
eas q꜓ temetipſum degeneras: ho
nor tuus deſpicitur locus vileſcit.
Ecce de celo venit qui ſeruo occur
rere ī terra nō deſpicit. ⁊ tamē hu
miliari in terra contennimus qui
de terra ſumu . Quid vero apud
deum vilius. quid eſſe diſpecti-
us poteſt ſeruare honorem apud
homines: ⁊ interni teſtis oculos
non timere. Unde ipſe dominus
dicit. Uos teſtis qui iuſtificatis
vos coram hominibus deus aūt

nouit corda veſtra. Quia ꝙ homi
nibus altum eſt: abominabile eſt
apud deum. Notate fratres no/
tate quod dicitur. Si enim ꝙ ho/
minibus altum eſt abominabile ē
apud deum. Cogitatio cordis tā
to apud deū in imo eſt quāto hoi/
bus in alto. Et humilitas cordis
noſtri tanto apud deū in alto eſt:
quanto hominibus in imo. Diſpi
ciamus ergo ſi quid boni gerim⁹
nulla nos noſtra inflet operatio.
non rerum habundantia non glo
ria extollat. Si quibuſlibet ex bo
nis affluentibus intus intumeſci/
mus deo deſpecti ſumus. Quo cō
tra pſalmiſta de humilibus dicit.
Cuſtodiens paruulos dominus.
quia paruulos humiles apellat.
Poſtquam ſententiā protulit con
ſilium illico adiungit. Nam quaſi
quereremus. quid ad hec faceret
ipſe adiunxit. Humiliatus ſum ⁊
liberauit me: Hec ergo cogitate
frēs hec tota intentione penſate.
Nolite in proximis vrīs mundi
hui⁹ bona venerari. Hoc propter
deū honorate in hominibus qui/
bus cōmiſſi non eſtis ꝙ facti ſunt
ad imaginē dei. Qꝺ tūc ꝓximis
vere ſeruatis. ſi apud ſmetipſos ꝓ
us in corde non tumeſcitis. Nam
qui ſe adhuc pro rebus tranſitori
is extollit neſcit in proximo vene/
rari qꝺ maneat. Nolite g⁹ in vo/
bis metipſis penſare qꝺ hētis ſed
qꝺ eſtis. Ecce mundus q̄ diligit
fugit. Sancti iſti ad quoꝝ tūbam
conſiſtimus florentē mundū mē/
tis deſpectu calcauerūt. Erat vita
longa ſalus continua opulētia in
rebus fecunditas in propagine.
tranquillitas indiuturna pace. ⁊
tamen cum in ſeipſo floreret iam
in eorum cordibus mundus arue
rat. Ecce iā in ſeipſo mundus aru
it ⁊ adhuc in noſtris cordibus flo
ret. Ubiqꝫ mors vbiqꝫ deſolatio.
vbiqꝫ luctus. Undiqꝫ ꝑcutimur:
vndiqꝫ amaritudinib⁹ replemur.
Et tamen ceca mente carnalis cō
cupiſcentie ipſas eius amaritudi
nes amamus. Fugientem ſequi/
mur labenti inheremus ⁊ qui la/
bentem retinere non poſſumus:
cum ipſo labimur quem cadenteꝫ
tenemus. Aliquando nos mun/
dus retraxit a deo. Nunc tantis
plagis plenus eſt. vt ipſe nos iam
mundus mittat ad deum. Penſa/
te ergo quam nulla ſunt que tem/
poraliter currunt finis tempora/
liuꝫ oſtendit: quam nihil ſit ꝙ trā
ſire potuit caſus rerum indicet qꝛ
res tranſiens ⁊ tunc prope nihil
fuit: cum ſtare videretur. Hec er
go fratres chariſſimi ſollicita con
ſideratione penſate. in eternitatis
amore cor figite: vt dum terrena
culmina adipiſci contēnitis per/
ueniatis ad gloriam quam per fi/
dē tenetis. p ihꝫ xpꝫ dn̄ꝫ nr̄ꝫ. Qui
viuit ⁊ regnat i ſecula ſeculoꝝ. amē

Secundū Marcū. Capi. xvi.

In illo tpe. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Euntes in mundũ vniuerſũ predicate euangeliũ oĩ creature. Qui crediderit ꝛ baptizatꝰ fuerit ſaluus erit. Qui ꝟo nõ crediderit cõdẽnabiť: ꝛ reliqua.

Omelia. xxix. lec. eiuſdẽ btĩ gre. pape habita ad populum in baſilica ſcĩ petri apoſt. ĩ die aſcẽſiõiſ

Uod reſurrectionẽ dominicã diſcipuli tarde crediderũt. non tã illoꝛũ infirmitas quã nr̃a vt ita dicã futura firmitas fuit. Ipſa nãq; reſurrectio illis dubitantibꝰ per multa argumenta mõſtrata eſt. Que duʒ nos legentes agnoſcimꝰ. quid aliud ꝙ̃ de illoꝛum dubitatione ſolidamur. Minus. n. maria magdalene mihi preſtitit que citius credidit ꝙ̃ thomas qui diu dubitauit. Ille eteniʒ dubitãdo vulnerũ cicatriceſ tetigit. ꝛ de noſtro pectoꝛe dubitatis vulnus amputauit. Ad inſinuandã quoq; veritatẽ dominice reſurrectiõis notandũ nobis ẽ quid lucas referat dicẽs. Conueſcens precepit eis ab hieroſolimis ne diſcederent. Et poſt pauca videntibus illis eleuatꝰ eſt ꝛ nubes ſuſcepit eũ ab oculis eoꝝ. Notate verba ſignate: myſteria: conueſcenſ eleuatus eſt: comedit: ꝛ aſcendit. vt videlicet per affectũ comeſtiõis. veritaſ pateſceret carnis. Marcus vero priuſquã celũ dominꝰ aſcẽderet eundẽ de coꝛdis atq; infidelitatiſ duritia increpaſſe diſcipulos memoꝛat. Qua in re. quid aliud conſiderandũ eſt. niſi ꝙ iccirco dominus tũc diſcipulos increpauit cũ coꝛpoꝛaliter reliquit vt verba que recedẽs diceret in coꝛde audientium arcius ĩpreſſa remanerẽt. Increpata igiť eoꝛũ duritia q̇d admonendo dicat audiamus. Euntes in mundũ vniuerſuʒ predicate euangeliũ oĩ creature. Nũq̇d fratres mei ſanctũ euangeliũ vel inſenſatis rebꝰ vel brutis animalibus fuerat predicanduʒ vt de eo diſcipulis dicať. predicate euangeliũ omni creature. Sʒ oĩs creature noĩe ſignať hõ. Sũt nãq; lapides ſed nec viuunt nec ſentiũt. Sunt herbe ꝛ arbuſta: viuunt q̇dem. ſed nõ ſentiunt. Uiuunt dico nõ per animã. ſed per viriditatẽ. Qꝛ ꝛ paulus dicit. Inſipiens tu qđ ſemĩas nõ viuificať niſi prius moriať. Uiuit ergo qđ moriť vt viuificeť. Lapides itaq; ſunt ſed nõ viuunt. Arbuſta aũt ſunt viuũt ſʒ nõ ſẽtiũt. Bruta ꝟo aĩalia ſť viuũt ſẽtiũt. ſʒ nõ diſcernũt Angeli ꝛ enim ſunt viuunt ſentiunt: ꝛ diſcernunt. Oĩs aũt creature aliquid hẽt hõ. Habet nãq; cõmune eſſe cum lapidibus viuere cum arboꝛibus ſentire cuʒ animalibus intelligere cum angelis Si igitur cõe habet aliquid cum

omni creatura hō: iuxta aliquid
omnis creatura dr̄ hō. Oī creatu
re predicat̄ euangeliū cū ſoli hoī
predicat̄. Qꝛ ille videlicet docet̄
propter quē ī t̄ra cūcta creata ſt̄
ꝛ a quo oīa per quandā ſimilitu-
dineʒ aliena nō ſunt. Poteſt etiaʒ
oīs creature noīe oīs natio gen-
tiū deſignari. Ante ꝛ.n. dictū fue
rat. In viaʒ gentiuʒ nō abieritis.
Nūc aūt dr̄. predicate euangeliū
oī creature. vt ſcilicet prī⁹ a iudea
apoſtolorū repulſa p̄dicatio nunc
nobis in adiutoriū fieret. cū hanc
illa ad damnatōis ſue teſtimoniū
ſuperba repuliſſet. Sed cū diſci-
pulos ad predicandū veritas mit
tit. quid aliud in mūdo facit niſi
grana ſeminis ſpargit. Et pauca
grana mittit ī ſemine: vt multarū
meſſiuʒ fruges recipiat ex noſtra
fide. Neqꝫ ꝛ.n. in vniuerſo mun-
do tanta fideliū meſſis exurgeret
ſi de manu dn̄i ſuprationaleʒ ter-
rā illa electa grana predicantium
nō veniſſet. Sequit̄ qui credide
rit ꝛ baptizat⁹ fuerit ſaluus erit.
qui vero nō crediderit ꝯdemna-
bit̄. Fortaſſe vnuſquiſqꝫ apud ſe
metipſum dicat. Ego iaʒ credidi
ſaluus ero. Verū dicit ſi fidē ope
rib⁹ tenet. Vera ꝛ.n. fides ē que
in hoc qđ verbis dicit. moribus
nō cōtradicit. Hinc ē.n. qđ de qui
buſdā falſis fidelib⁹ paulus di-
cit. qui cōfitent̄ ſe noſſe deū fact̄
sūt negāt. Hic iohēs ait. Qui di
cit ſe noſſe deū, ꝛ mādata eius nō
cuſtodit: mēdax ē. Qđ cū ita ſit ſi
dei nr̄e veritatē ī vite nr̄e ꝯſidera
tiōe debem⁹ agnoſcere. Tūc eniʒ
veraciter fideles ſumus: ſi hoc
qđ verbis ꝓmittim⁹ opib⁹ imple
mus. In die quippe baptiſmatis
oīb⁹ nos antiq̄ hoſtis opib⁹ atqꝫ
oīb⁹ pōpis abrenūciare ꝓmiſim⁹
Itaqꝫ vnuſqſqꝫ vr̄ʒ ad ꝯſideratio
nē ſuā mētis oculos reducat ꝛ ſi
ſeruat p⁹ baptiſmū qđ an̄ baptiſ-
mū ſpopōdit: cert⁹ iā qꝛ fidelis ē
gaudeat: ſꝫ ecce qđ ꝓmiſit minime
ſeruauit. Ad exercēda praua opa
ad ꝯcupiſcēdas mūdi pōpas di-
lapſus ē. Videam⁹ ſi iā ſcit plāge
re qđ errauit. Apđ miſericordeʒ
nāqꝫ iudicē nec ille fallax hēbit̄.
q̄ ad v̄itatē reuertit̄ ēt poſtq̄ mē
titur. Quia omnipotens deus
dum libenter noſtram penitenti-
am ſuſcipit: ipſe ſuo iuditio hoc
quod errauimus abſcondit. Si-
gna autem eos qui credituri ſunt
hec ſequentur. In nomine meo
demonia eijcient linguis loquen
tur, nouis ſerpentes tollent. Et ſi
mortiferum quid biberint non
eis nocebit. Super egros ma-
nus imponent ꝛ bene habebunt
Numquid nam fratres mei quia
iſta ſigna non facitis minime cre
ditis. Sed hec neceſſaria in ex-
ordio eccleſie fuerunt. Ut eniʒ
ad fidem creſceret miraculis fue-
rat nutrienda. Quia ꝛ nos

cum arbuſta plantamus tam diu eis aquam fundimus. quo vſque ea in terra conualuiſſe videamus. At ſi ſemel radicez fixerint irrigatio ceſſabit. Hinc eſt enim ꝙ Paulus dicit. Linguę in ſigno ſunt. non fidelibus. ſed infidelibus. An habemus de his ſignis atque virtutibus que adhuc ſubtilius conſiderare debeamus. Sancta quippe eccleſia quotidie ſpiritalit̃ facit quod tunc per apoſtolos corporaliter faciebat. Nam ſacerdotes eius cum per exorciſmi gratiam manum credentibus imponunt. Et habitare malignos ſpiritus in eorū mente contradicunt. quid aliud faciunt niſi demonia ejiciunt. 7 fideles quique qui iam vite veteris ſecularia verba derelinquūt ſancta autem myſteria inſonant conditoris ſui laudes 7 potentiam quantum preualent narrant. Quid aliud faciunt niſi nouis linguis loquuntur. Qui dum bonis ſuis exhortationibus maliciam de alienis cordibus auferunt. Serpentes tollunt. Et dū peſtiferas ſuaſiones audiunt ſed tamē ad operationem prauam minime pertrahuntur. mortiferum quidē eſt quod bibunt ſed non eis nocebit. Qui quotiens proximos ſuos in bono opere infirmari conſpiciunt. dum eis tota virtute concurrunt. 7 exemplo ſue operationis illorum vitam roborant que in propria actione titubant. quid aliud faciunt niſi ſuper egros manus imponunt vt bene habeant?

Que nimirum miracula tanto maiora ſunt quanto ſpiritualia. Tanto maiora ſunt. quanto per hec non corpora ſed anime ſuſcitantur. Hec itaque frates chariſſimi ſigna auctore deo ſi vultis vos facitis. Ex illis enim exterioribus ſignis obtineri vita ab hec operantibus non valet. Naz corporalia illa miracula oſtendunt. aliquando ſanctitatem. non autē faciunt. Hec vero ſpiritualia que aguntur in mente virtutem vite non oſtendunt ſed faciunt.

Illa habere 7 mali poſſunt. Iſtis autem perfrui niſi boni non poſſunt. Unde de quibuſdam veritas dicit. Multi dicent mihi in illa die domine domine nonne in nomīe tuo ꝓphetauimus. 7 in nomine tuo demonia ejecimus. Et in tuo nomine virtutes multas fecimus. Et tunc cōfitebor illis quia nunquam noui vos. Diſcedite a me omnes qui operamini iniquitatem. Nolite ergo fratres chariſſimi amare ſigna que poſſunt cum reprobis haberi communia

Sed hec que modo diximus charitatis atque pietatis miracu

la amat: eque tanto ſecuriora ſunt
quanto ⁊ occulta. ⁊ de quibus
apud dominum eo maior ſit retri
butio quo apud homines minor
eſt gloria. Sequitur: ⁊ dominus
quidem ieſus poſtquam locutus
eſt eis. aſumptus eſt in celum ⁊ ſe
dit a dextris dei. In veteri teſta-
mento cognouimus Helias ſit
raptus in celum. ſed aliud eſt ce
lum aereum aliud ethereum. Ce-
lum quippe aereum terre eſt pro
ximum. Unde ⁊ aues celi dici
mus quia eas volitare in aere vi-
demus. In celum itaque aereū he
lias ſubleuatus eſt vt in ſecreta
quadam terre regione repēte du
ceretur vbi in magna iam carnis
⁊ ſpiritus quiete viueret. quouſ-
que ad finem mundi redeat ⁊ de
bitum mortis ſoluat. Ille enim
mortem diſtulit non euaſit. redē-
ptor autem noſter quia non di-
ſtulit: ſuperauit eāque reſurgen-
do conſumpſit ⁊ reſurrectionis
ſue gloriam aſcendendo declara-
uit. Notandum quoque eſt
quod Helias in curru legitur a-
ſcendiſſe: vt videlicet aperte mon
ſtraretur quia homo purus adiu
torio egebat alieno. Per angelos
quippe illa facta ⁊ oſtenſa ſunt
adiumeta. quia nec ad celum qui
dem aereum per ſe aſcendere po-
terat quem nature ſue infirmi-
tas grauabat. Redemptor au
tem noſter non curru non ange
lis ſubleuatus legitur. quia is qui
fecerat omnia nimirum ſuper om
nia ſua virtute ferebatur. Il-
luc ⁊ enim reuertebatur vbi erat
⁊ inde redibat vbi remanebat.
Quia per humanitatem aſcen
deret in celum. per diuinitatem
ſuam ⁊ terram pariter contine-
bat ⁊ celum. Sicut autem io.
ſeph a fratribus venditus vendi-
tionem redemptoris noſtri ieſu
chriſti figurauit. Sic enoch
tranſlatus. atque ad celum aere-
um helias ſubleuatus aſcenſio-
nem dominicam deſignauit.
Aſcenſionis ergo ſue dominus
prenuncios ⁊ teſtes habuit: vnuꝫ
ante legem. alium ſub lege vt quā
doque veniret ipſe qui veraciter
celos penetrare potuiſſet. Unde
⁊ ipſe ordo ī eorum quoque vtro
rumque ſubleuatione per quedaꝫ
incrementa diſtinguitur. Nam
enoch tranſlatus: helias vero ad
celum ſubuectus eſſe memoratur
vt veniret poſtmodum qui nec
tranſlatus nec ſubuectus celum
ethereum ſua virtute penetraret
qui nobis in ſe credentibus car-
nis quoque mundiciam largire-
tur ⁊ ſub eo per incrementa tem-
porum virtus caſtitatis excreſce-
ret. In ipſa quoque eorum trāſ-
latione qui aſcenſionē dn̄icā vi-
delicet vt famuli deſignauerunt.

⁊ ipſos ſequi ad celum vbi aſcendit dominus oſtendit. Nā enoch quidem vxores ⁊ filios habuit. Helias vero neqꝫ vxores neqꝫ filios legitur habuiſſe. Penſate quo modo per incrementa creuerit mundicia ſanctitatis quod ⁊ per tranſlatos famulos ⁊ per aſcendentis domini perſonam patenter oſtenditur. Tranſlatus nāqꝫ eſt enoch ⁊ per coitum genitus ⁊ per coitum generans. Raptus eſt helias ⁊ per coitum genitus ſed non iam per coitum generans. Aſſumptus vero eſt dominus neqꝫ per coitū gerans neqꝫ per coitum generatus. Conſiderandum vero nobis eſt. quid eſt qđ marcus ait. Sedet a dextris dei ⁊ ſtephanus dicit. Video celos apertos ⁊ filium hominis ſtātem a dextris dei. Quid eſt quod hunc marcus ſedentē. ſtephanus vero ſtantem ſe videre teſtatur. Sed ſcitis fratres. quia ſedere iudicantis eſt. Stare vero pugnantis vel adiuuātis. Quia igitur redēptor noſter aſſumptus in celū ⁊ nunc oīa iudicat. ⁊ ad extremū iudex omnium veniet. Hunc poſt aſſumptionem marcus ſedere deſcribit. quia poſt aſcenſionis ſue gloriam iudex in fine videbitur. Stephanus vero in laboris certamine poſitus ſtantē vidit quem adiutorē habuit. quia vt iſte intera perſecutorum infidelitatem vinceret. pro illo de celo illius gratia pugnauit. Sequitur. Illi autem profecti predicauerunt vbiqꝫ domino cooperante ⁊ ſermonem cōfirmante ſequentibus ſignis. Quid in his conſiderandum eſt quid memorie commendandum niſi quod preceptum obedientia. Obedientiam vero ſigna ſunt ſecuta. ſed quia auctore deo breuiter lectionem euangelicam exponendo tranſcurrimus. reſtat vt aliquid de ipſa tante conſideratione ſolēnitatis dicamus. Hoc autem nobis primum querendū eſt qđnam ſit quod nato domino apparuerunt angeli: ⁊ tamen non legūtur in albis veſtibus apparuiſſe. Aſcendente autem domino miſſi angeli in albis leguntur veſtibus apparuiſſe. Sic ⁊ enim ſcriptum eſt. Videntibus illis eleuatus eſt ⁊ nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum. Cūqꝫ intuerentur in celum euntem illum ecce duo viri aſtiterūt iuxta illos in veſtibus albis. In albis autē veſtibus gaudium ⁊ ſolēnitas mentis attenditur. Quid eſt ergo quod nato domino non in albis veſtibus. aſcendente autē domino in albis veſtibus apparent. niſi quod magna tunc ſolēnitas angelis facta eſt cum celum deus homo penetrauit? Quia naſcente domino vi-

debatur diuinitas humiliata.
Aſcendente vero domino huma-
nitas eſt exaltata. Albe ⁊ enim ve-
ſtes exaltationi magis congruūt
q̄ humiliationi. In aſum-
ptione ergo eius angeli in albis
veſtibus videri debuerunt. quia
qui in natiuitate ſua apparuit de-
us humilis in aſcenſione ſua oſtē-
ſus eſt homo ſublimis. Sed vo-
bis magnopere fratres chariſſi-
mi in hac ſolemnitate penſanduꝫ
eſt quia deletum eſt hodierna die
chirographum damnationis no-
ſtre. Illa enim natura cui di-
ctum eſt terra es ⁊ in terram ibis
hodie in celum ijt. Pro hac ipſa
namque carnis noſtre ſubleuatio-
ne per figuram beatus Job do-
minum auem vocat. Quia enim
aſcenſionis eius myſterium iude-
am non intelligere conſpexit. de
infidelitate eius ſententiam pro-
tulit dicens. Semitam ignora-
uit auis. Auis enim recte appella-
tus eſt domin⁹. quia corpus car-
neum ad ethera librauit. Cu-
ius auis ſemitam ignorauit. quiſ-
quis eum ad celum aſcendiſſe nō
credidit. De hac ſolemnitate per
pſalmiſtam dicitur. Eleuata eſt
magnificentia tua ſuper celos.
De hac rurſus ait. Aſcendit deuſ
in iubilatione. ⁊ dominus in vo-
ce tube. De hac iteruꝫ dicit. Aſcen-
dens in altum captiuam duxit ca-
ptiuitatem. quia corruptioneꝫ no-
ſtram virtutis ſue incorruptiōis
abſorbuit. Dedit vero dona ho-
minibus. quia miſſo deſuper ſpi-
ritu. alij ſmonē ſapīe alij ſermonē
ſcīe. Alij grāꝫ virtutū. Alij gratiā
curationum alij genera linguarū
alij interpretationem ſermonum
tribuit. Dedit ergo dona homini-
bus. De hac aſcenſionis eius glo-
ria etiam abacuc ait. Eleuatus ē
ſol ⁊ luna ſtetit in ordine ſuo.
Quis enim ſolis nomine niſi do-
minus. Et que lune nomine niſi
eccleſia deſignatur? Quouſque
enim dominus ad celos aſcendit
ſancta eius eccleſia aduerſa mun-
di omnimoda formidauit. At
poſtquam eius aſcenſione robo-
rata eſt. aperte predicauit quod
occulte credidit. Eleuatus eſt er-
go ſol ⁊ luna ſtetit in ordine ſuo.
quia cum celum dominus petijt.
ſancta eius eccleſia in auctoritate
predicationis excreuit. Hinc euiſ-
dem eccleſie voce per ſalomonem
dicitur. Ecce iſte veniens ſaliens
in montibus ⁊ tranſiliens colles
Conſiderauit namque tantoruꝫ
operum culmina ⁊ ait. Ecce iſte
venit ſaliens in montibus. Veni-
endo quippe ad redemptionem
noſtram quoſdam vt ita dixeriꝫ
ſaltus dedit. Vultis fratres cha-
riſſimi ipſos eius ſaltus agnoſce-
re. De celo venit in vterum. De
vtero venit in preſepium. De pre-
ſepio venit in crucem. De cruce v e

nit in ſepulchrum. De ſepulchro rediit in celum. Ecce vt nos poſt ſe currere faceret quoſdaz pro nobis ſaltus manifeſtata per carnez veritas dedit. Quia exultauit vt gigas ad currendaz viam: vt nos ei ex corde diceremus. Trahe me poſt te curremus in odorem vnguentorum tuorum. Unde hoc fratres chariſſimi oportet vt illuc ſequamur corde vbi eum corpore aſcendiſſe credimus. Deſideria terrena fugiamus. nihil nos iam delectet in infimis qui patrē habemus in celis. ⁊ hoc nobis ē magnopere perpēdendum quia is qui placidus aſcendit terribilis rediet. Et quicqud nobiſcum mãſuetudīe precepit. hoc a nobis cum diſtirtione exiget. Nemo ergo indulta penitentie tempora paruipendat. nemo curam ſui dū valet agere negligat quia redemptor noſter tanto tunc in iudicio diſtrictior veniet. quanto nobis ante iudicium magnam pacientiam prerogauit. Hec itaque vobiſcum fratres agite. hec in mente ſedula cogitatione verſate. Quãuis adhuc rerum perturbationibus animus fluctuet. iam tamen ſpei noſtre ancoram in eternam patriam figite intentionem mentis in vera luce ſolidate. Ecce ad celum aſcendiſſe dominum audiuimus. hoc ergo ſeruemus in meditatione quod credimus in rela tione ⁊ ſi adhuc tenemur in infirmitate corporis ſequamur tamē eum paſſibus amoris. Non autem deſerit deſiderium noſtrum ipſe qui dedit. Jeſus chriſtus dominus noſter qui viuit ⁊ regna cum patre in vnitate ſpirit⁹ ſancti deus. per omnia ſecula ſeculorum amen. Lec. ſancti euangelij ſecundū ioannem.

Capitulo. xiiij.

In illo tempore. Dicebat ieſus diſcipulis ſuis. Si quis diligit me ſermonez meum ſeruabit. ⁊ pater meuſ diliget eum. ⁊ ad eum veniemus ⁊ manſionem apud eum faciemus Et reliqua. Die ſcō penthecoſ.

Omelia. xxx. lec. eiuſdem habita ad populum in baſilica ſancti petri apoſtoli.

Jbet. fratres chariſſimi euangelice verba lectionis ſub breuitate tranſcurrere vt poſt diutius liceat in contemplatione tante ſolemnitatis immorari. hodie namque ſpiritus ſanctus repētino ſonitu ſuper diſcipulos venit menteſque carnalium in ſuo amore permutauit ⁊ foris apparentib⁹ linguis igneis intus facta ſunt corda flamantia. Quia dum deum ī ignis viſione ſuſcipiunt. per amorem ſuauiter arſerunt. Ipſe namque ſpiritus ſanctus amor eſt. Unde ⁊ Joannes dicit deus charitas ē

Qui ergo mente integra deum d
ſiderat. profecto iam habet quez
amat. Neque enī quiſquam poſ
ſet deum diligere: ſi eū quem dili
git non haberet. Sed ecce ſi vnuſ
quiſque veſtrum requiritur an di
ligat deum tota fiducia ꝛ ſecura
mente reſpondet diligo. In ip
ſo autem lectionis exordio audi
ſtis quod veritas dixit. Si quis
diligit me. ſermonem meum ſer
uabit. Probatio ergo dilectionis
exhibitio eſt operis. hinc in epi
ſtola ſua ioannis dicit. Qui dicit
q꜠ diligo deū ꝛ mādata eius nō
cuſtodit mēdax eſt. Vere enī diligimus. ſi mandata eius ſerua
mus. Vere enim diligim⁹. ſi a no
ſtris nos voluptatibus coarcta
mus. Nam qui adhuc per illici
ta deſideria deſluit profecto deū
non amat. quia ei in ſua volunta
te contradicit. ꝛ pater meus dili
get eum. ꝛ ad eum veniemus. ꝛ
manſionem apud eum faciemus
Penſate fratres chariſſimi quan
ta ſit iſta ſolemnitas. habere in
cordis hoſpicio aduentum. dei.
Certe ſi domum veſtram quiſꝗ
diues ac potens amicus intraret
omni feſtinantia dom⁹ tota mū
daretur. ne quid fortaſſe eſſet. qd
oculos amici intrantis offende
ret. Tergat ergo ſordes praui o
peris qui deo preparat domum
mentis. Sed videte quid veri
tas dicat. Veniemus ꝛ manſionē
apud eum faciemus. In quorun
dam ꝛ enim corde venit ꝛ manſio
nem non facit quia compunctio
nem quidem dei reſpectu percipi
unt. ſed temptationis tempore. h
ipſum quod compuncti fuerant
obliuiſcūtur. Sique ad ꝑpetrā
da peccata redeunt. ac ſi hoc mini
me planxiſſent. Qui egro vere de
um diligit ꝛ eius mandata cuſto
dit. in eius corde dominus ꝛ ve
nit ꝛ manſionem facit. Quia ſic
eum diuinitatis amor penetrat:
vt ab hoc amore temptationis tē
pore non recedat. Ille ergo vere
amat cuius videlicet mentem de
lectatio praua ex conſenſu non ſu
perat. Nam tanto quiſque a ſup
no amore diſiungitur. quanto in
ferius delectatur. Unde ꝛ adhuc
ſubditur. Qui non diligit me ſer
mones meos non ſeruat. Ad voſ
metipſos ergo fratres chariſſimi
introrſum redite. ſi deū vere ama
tis exquirite Nec tamen ſibi ali
quis credat quicquid ſibi animuſ
ſine operis ateſtatione reſponde
rit. De dilectione conditoris lin
gua mens ꝛ vita requiratur. Nū
quam eſt dei amor ocioſus.
Operatur ꝛ enim magna ſi eſt. ſi
vero operari rennuit amor non
ē. Et ſermonē quē audiſtis non ē
me⁹ ſꝫ ei⁹ ꝗ miſit me pr̄is. Scitis
f̄res chariſſimi. quia ipſe qui lo

quitur vnigenitus filius verbum patris eſt: ⁊ ideo ſermo quem loquitur filius non eſt filij. ſed patris. quia ipſe filius verbum eſt patris. Hec locutus ſum vobis. apud vos manes. Quando non maneret. apud eos qui aſcenſurꝰ ꝯelum promittit dicens. Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſumationem ſeculi. Sed verbum incarnatum ⁊ manet ⁊ recedit. Recedit corpore manet in diuinitate. Apud eos ergo tunc māſiſſe ſe perhibet quia qui inuiſibili ſemper poteſtate p̄ſens erat. corporali iam viſione recedebat. Paraclitus autem ſpiritus ſanctus quem mittet pater in nomine meo. ille vos docebit omnia. ⁊ ſuggeret vobis omnia quecunque dixero vobis. Noſtis plurimi fratres mei. qđ greca locutione paraclitus latina aduocatus dicitur vel conſolator. Qui idcirco aduocatus dicitur. quia pro errore delinquentium apud iuſticiam patris interuenit Qui vnius ſubſtātie cum patre ⁊ filio exorare pro delinquentibus perhibetur. quia eos quos repleuerit exorātes facit. Unde ⁊ paulus dicit. Ipſe enim ſpiritus poſtulat pro nobis gemitibus ienarrabilibus. Minor vero eſt qui poſtulat. ꝙ qui poſtulatur. Quomodo ergo ſpiritus poſtulare dicitur qui minor non eſt? Sed ipſe ſpiritus poſtulat quia ad poſtulandum eos quos repleuerit inflammat. Conſolator autem idez ſpiritus vocatur. quia d̄ peccati perpetrationem merentibus dum ſpē venie preparat. ab afflictione triſtitie mentem leuat. De quo recte promittitur. Ipſe vos docebit omnia. Quia niſi iſdem ſpiritus adſit cordi audientis. ocioſus eſt ſermo doctoris. Nemo ergo docenti homini tribuat qđ ex ore docentis intelligit quia niſi intus ſit qui doceat. Doctoris lingua exterius in vacuum laborat. Ecce vnam loquentis vocem omnes pariter auditis nec tamen pariter ſenſum audite vocis percipitis. Cum ergo vox diſpar non ſit cur in cordibus veſtris diſpar eſt vocis intelligentia. niſi qꝛ per hoc qđ vox loquentis communiter admonet. Eſt magiſter interior qui de vocis intelligentia quoſdam ſpecialiter docet. De hac vnctione ſpiritus rurſus per ioannem dicitur. Sicut vnctio eius docet vos de omnibus. Per vocem ergo non inſtruitur quando mens per ſpiritum non vngitur. Sed cur iſta de doctrina hominum loquimur quando et ipſe conditor non ad eruditionez hominum loquitur. ſi eidem homini per vnctionem ſpiritus non loquatur. Certe cayn priuſquaꝫ fratricidium opere perpetraret.

audiuit: peccaſti quieſce. Sed qꝛ
culpis ſuis exigentibus voce eſt
admonitus non vnctione ſpiri/
tus audire verba dei potuit. ſed
ſeruare contempſit. Requiren/
dum nobis eſt cur de eodem ſpi/
ritu dicatur. Suggeret vobis om
nia cum ſuggerere eſſe ſoleat mi/
noꝛis. Sed quia ſuggerere ali/
quando dicimus ſubminiſtrare
inuiſibilis ſpiritus ſuggerere di/
citur non quod nobis ſcientiam
ab imo inferat ſed ab occulto.
Pacem relinquo vobis paceꝫ me
am do vobis. Hic relinquo. illic
do. Sequentibus relinquo pꝛe/
ſentibus do. Ecce fratres cariſſi
mi verba ſacre lectionis ſub bꝛe/
uitate diſcuſſimus. nunc in contē
platōe tāte feſtiuitatiſ animū trāſ
feramus. Sed quia cum lectione
euangelica vobis eſt etiam actuū
apoſtoloꝛum lectio recitata: ex ea
ergo aliquid in vſum noſtre con/
templationis trahamus. Audi
ſtis ⁊ enim quia ſpiritus ſanctus
ſuper diſcipulos in igneis linguiſ
apparuit omniumque linguaruꝫ
ſcientiam ddit. Quid ſcilicet hoc
miraculo deſignatur. niſi quod
ſancta eccleſia eodem ſpiritu re/
pleta omnium gentiu ꝫ erat voce
locutura. Qui vero contra deuꝫ
turrim hedificare conati ſunt. cō
munionē vnius lingue perdide/
runt. In his autē qui deuꝫ humi
liter metuebant lingue oēs vnite
ſunt. Sic ergo humilitas virtu/
tem meruit. illic ſupbia cōfuſionē
Sed querendū nobis eſt cur ſan
ctus ſpiritus patri ⁊ filio coeter/
nus in ign e apparuit. Cur ī igne
ſimul ⁊ linguis: cur aliquando in
columba. Aliquando vero ī igne
monſtrať. cur ſuper vnigenitū fi/
liuꝫ apparuit in colūbe ſpecie. ⁊ ſu
per diſcipulos in igne. ita vt neqꝫ
ſuper deum veniret in igne neqꝫ
ſup diſcipulos monſtrareť in co
lūba. Per quatuoꝛ itaqꝫ hec que
ꝓpoſuimus ſoluendo redeamus
Patri nāqꝫ ⁊ filio coeternus ſpi/
ritus in igne monſtrať. qꝛ incoꝛ/
poꝛeus ⁊ ineffabilis atqꝫ inuiſibi
lis ignis ē deus. ateſtante Paulo
Deus noſter ignis conſūmens.
Deus quippe ignis diciť quia ꝑ
hunc peccatoꝛū rubigo conſūmi/
tur. De hoc igne veritas dicit.
Igneꝫ veni mittere in terraꝫ. ⁊ q̄d
volo niſi vt accendať. Terra n.
vocata ſunt coꝛda terrena que dū
ſemꝑ infimas in ſe cogitationes
congerūt a malignis ſpiritibꝰ cō/
culcanť. Sꝫ ignē dn̄s in terram
mittit cū afflatu ſanti ſpiritus coꝛ
da carnaliū iſlāmat. Terra itaqꝫ
accēdiť. cū coꝛ carnale in ſuis pꝛi
us voluptatibꝰ frigidū relinquit
cōcupiſcētias pꝛeſentis ſeculi ⁊ in
cēdiť ad amoꝛē dei. Biū ergo in
igne apparuit ſps: qꝛ ab oī coꝛde
q̄d replet toꝛpoꝛē frigoꝛis excu/
tit. ⁊ hoc ī deſiderio ſue eternitatꝭ

accedit. In igneis autē linguis mōſtratus eſt qꝛ iſdez ſpiritus coeternus eſt filio ⁊ habet cognationem maximam lingua cū verbo Verbum quippe patris filius ē ⁊ quia vna eſt ſpirit⁹ ⁊ verbi ſubſtantia idē ſpiritus monſtrari debuit ī lingua. Uel certe quia per linguam procedit verbum in linguis igneis apparuit ſpiritus. qꝛ quiſquis ſancto ſpiritu tangitur. dei verbum.i.vnigenitum filium confitetur ⁊ negare dei verbum non valet.quia iam ſancti ſpirit⁹ linguam habet. Uel certe in linguis igneis apparuit ſpiritus q̄a omnes quos repleuerit ardentes pariter ⁊ loquentes facit. Linguas igneas doctores habent qꝛ dum deum amando predicāt cor da audientium inflāmant. Nam ocioſus ſermo docentis eſt.ſi prebere non valet incendium amoris hoc doctrine incendium ab ipſo veritatis ore conceperant qui dicebant. Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis cū loqueret in via ⁊ apperiret nobis ſcripturas? Ex audito quippe ſermone inardeſcit animus. torporis frigus recedit fit mens in ſupno deſiderio anxia a concupiſcētijs terrenis aliena. Amor ver⁹ qui hāc repleuerit in fletibus crutiat. Sz dum tali ardore crutiat. ipſis ſuis cruciatibus paſcitur. Audire eſlibet precepta celeſtia. Et quot mandatis inſtruitur. quaſi tot facibus inflāmatur. ⁊ que torpebat prius p deſideria ardet poſtmodum per verba. Unde bene per moyſem dicitur. In dextera eius ignea lex. Siniſtra quippe reprobi qui ⁊ ad ſiniſtrā ponendi ſunt Dextera autem dei appellantur electi. In dextera autem dei lex ignea eſt. quia electi mandata celeſtia nequaq̄ frigido corde audiunt. ſz ad h amoris itimi facib⁹ iardeſcūt. ſino ad aurē ducit ⁊ mēs eoꝝ ſibimet irata ex iterne dulcedinis flāma ꝯcremat. In colūba vero ſpiritus ſanctus ⁊ igne mōſtratus eſt. quia omnes quos repleuerit ſimplices ⁊ ardentes facit. Simplices puritate ardentes emulatione. Neque etenim placere deo aut ſimplicitas ſine zelo aut zelus ſine ſimplicitate poteſt. Hinc ipſa veritas dicit. Eſtote prudentes ſicut ſerpētes. ⁊ ſimplices ſicut columbe. Qua in re notandum eſt. quod diſcipulos ſuos nec de columba ſine ſerpente. nec de ſerpente ſine columba voluit deus admonere quatinus ⁊ columbe ſimpliciatem aſtucia ſpētis accēderet. ⁊ ſpētis aſtuciā columbe ſimplicitas temptaret. Hinc paulus ait. Nolite pueri effici enſibus. Ecce prudentiam ſerpentis audiuimu ſ nunc de ſimplicitate columbe moneamur. Sed malicia paruuli eſtote. hinc

de beato iob dicitur. Erat vir ſimplex ⁊ rectus. Que autem eſt rectitudo ſine ſimplicitate. aut que ſimplicitas ſine rectitudine? Or ergo ⁊ rectitudinē docet iſte ſpiritus ⁊ ſimplicitatem. ⁊ in igne monſtrari debuit ⁊ in columba. Quatinus omne cor quod eius gratia tangitur ⁊ manſuetudinis lenitate tranquillum ⁊ zelo iuſticie accenſum fiat. Ad extremum vero querendum nobis eſt. cur in ipſo redemptore noſtro mediatore dei ⁊ hominum per columbā apparuit in diſcipulis xpo p ignē Certe vnigenitus filius iudex eſt generis humani. Sed quis eſt qui iuſticiam ferret. ſi priuſquam nos per manſuetudinem colligeret culpas noſtras per zelum rectitudinis examinare voluiſſet: homo ergo pro hominibus factus mitem ſe. hominibus prebuit. noluit peccatores ferire ſed colligere. Prius voluit manſuete corrigere. vt haberet quos poſtmodū in iuditio ſaluaret. In columba ergo apparere ſuper eū debuit ſpiritus. qui non veniebat vt peccata iā per zelum percuteret ſed adhuc per manſuetudinem tolleraret. At contra ſuper diſcipulos in ignem debuit ſpiritus ſanctus demonſtrari: vt hi qui erant ſimpliciter homines atque ideo peccatores eos contra ſemet ipſos ſpiritualis feruor accenderet ⁊ peccata que deus per manſuetudinem parceret ipſi in ſe per penitentiam punirēt. Nec ipſi q̄ppe eſſe poterant ſine peccato qui adherebant celeſti magiſterio. Joāne ateſtante qui ait. Si dixerimus quia peccatum non habemus. nos ipſos ſeducimus. ⁊ veritas in nobis non eſt. In igne ergo venit in hominibus. in columba vero apparuit in domino.

Quia peccata que pie dominus per manſuetudinem tolerat nos per zelum rectitudinis debemus caute conſpicere ⁊ in ardore ſemper penitentie cremare.

Igitur per columbam ſpiritus in redemptore monſtratus eſt. per ignem vero in hominib⁹. qꝛ q̄to nobis noſtri iudicis facta eſt ſeueritas temperata. tanto erga ſe debet fieri noſtra infirmitas accenſa. Quatuor itaque propoſitionum expleta ratione. ad dōa eiuſdem ſpiritus contemplanda tranſeamus. De iſto quippe ſpiritu ſcriptum eſt. Spiritus eius ornauit celos. Ornamēta .n. celorū ſunt virtutes p̄dicantiū. Que videlicet ornamēta paulus enumerat dicēs. Alij dat̄ p ſpm̄ ſermo ſapientie. alij ſermo ſcientie ſecundū eundem ſpiritū. Alteri fides in eodem ſpū. alij gr̄a ſanitatū in vno ſpiritu. alij operatio virtutum. alij prophetia. alij diſcretio ſpirituū. alij genera linguaꝝ

alij interpretatio ſermonū. Hec
aūt oīa operatᷣ vnus atq; idem
ſp̄s. diuidēs ſingulis ꝓut vult.
Quot ergo ſunt bona p̄dicantiū
tot ſunt ornamēta celorū. Hinc
rurſus ſcriptū eſt: verbo dn̄i celi
firmati ſunt ⁊ ſp̄u oris eiꝰ omnis
virtus eorū. verbū eni; dn̄i filius
eſt patris: ſed eoſdē celos videli-
cet ſcōs apoſtolos vt tota ſimul
trinitas oſtendatᷣ operata. Re-
pente de ſancti ſp̄us diuinitate ad
ſungitᷣ: ⁊ ſpiritu oris eius omnis
virtus eorū. Celorū igitᷣ virtꝰ de
ſpiritu ſancto ſūpta eſt. q2 mundi
huiꝰ poteſtatibus cōtraire non
p̄ſumerent niſi eos ſancti ſp̄s for
titudo ſolidaſſet. Quales nāq;
doctores ſcē eccleſie āte aduentu;
huius ſp̄s fuerint ſcimus. ⁊ poſt
aduentū illius cuius fortitudinis
ſint facti cōſpicimꝰ. Certe ipſe pa
ſtor eccleſie ad cuius ſacratiſſimū
corpus ſedemus quante debilita
tis: quanteq; fortitudinis āte ad
uentū ſp̄us fuerit ancilla hoſtia-
ria requiſita dicat. Vna enī muli
eris voce perculſus dum mori ti-
muit vitā negauit ⁊ penſandum
quia eum comprehenſum petrus
negauit in terra quem ſuſpenſum
latro eſt confeſſus in cruce. Sz
vir iſte tante formidinis qualis
poſt aduentum ſpiritus extitat.
audiamus. Fit conuentus magi-
ſtratus atque ſeniorū ceſis denū-
tiauit apoſtolis ne in nomine ie-
ſu loqui debeant petrus nāq; ma-
gna auctoritate reſpōdit. Obedi
re oportet deo magis quam ho-
minibus. ⁊ rurſus. Si iuſtū eſt
in conſpectu dei nos potius audi
re quā deum iudicate. Non eni;
poſſumus que vidimus ⁊ audiui
mus non loqui. ⁊ illi quidem ibāt
gaudentes a conſpectu concilij.
quoniā digni habiti ſunt pro no-
mine ieſu contumelias pati. Ecce
gaudet petrus in verberibus qui
ante in verbis timebat. ⁊ qui priꝰ
ancille vocē requiſitꝰ timuit. poſt
aduentū ſcī ſp̄us vires principū
ceſus premit. Libet oculos fidei i
virtute opificis huius attollere at
que ſparſim patres teſtamēti no-
ui ac veteris conſiderare. Ecce
apertis eiuſdem oculis fidei da-
uid. amos. daniele; petrum pau-
lum matheum. intueor ⁊ ſanctus
iſte ſpiritus qualis ſit artifex con
ſiderare volo ſed in ipſa mea con
ſideratione deficit. Implet nā
que citharedum puerum. ⁊ pſal-
miſtam facit. Implet paſtorem
armentarium ſicomoros vellican
tem. ⁊ prophetam facit. Implet
abſtinentem puerum ⁊ iudicem
ſenum facit. Implet piſcatorem
⁊ predicatorem facit. Implet per
ſecutorem. ⁊ doctorem gentium
facit. Implet publicanum. ⁊ euan
geliſtam facit. O qualis eſt iſte
artifex ſpiritus. nulla ad diſcen-
dum mora agitur in omne quod

voluerit. mox vt tetigerit mentez
docet. Solumque tetigiſſe. docu
iſſe eſt. Nam humanum animuz
ſubito vt illuſtrat. immutat. Ab-
negat hoc repente qd erat. ⁊ exhi
bet repēte quod non erat. Penſe
mus ſanctos pꝛedicatoꝛes nr̄os
quales hodierna die reperit. qua
les fecit. Certe qui in vno concla-
ui pꝛo iudeoꝛum metu reſidebāt
natiuitatis ſue ſinguli linguaȝ no
uerant ⁊ tamen nec ea ipſa ligua
qua nouerant aperte chꝛiſtuȝ lo
qui pꝛeſumebant. Venit ſpiri-
tus ⁊ in oꝛe eos per diuerſitatem
linguarum docuit. in mente autē
ex auctoꝛitate roboꝛauit. Cepe-
runt ⁊ in aliena chꝛiſtum eloqui
qui de illo pꝛius ⁊ in ſua lingua
loqui metuebant. Inflāmatum ⁊
enim coꝛ deſpexit toꝛmenta coꝛ-
poꝛis. que ante metuebat. Vin
cit vim carnalis foꝛmidinis pꝛe-
amoꝛe conditoꝛis. ⁊ qui pꝛius ſu
is aduerſarijs ſubcumbebant foꝛ
midine eis iam pꝛeerant auctoꝛi-
tate. Qui ergo in tante eos celſi-
tudinis culmen erexit quid aliud
dixeriȝ niſi quia mētes terrenoꝛū
hominuȝ celos fecit. Penſate fra
tres chariſſimi poſt incarnationē
vnigeniti filij. qualis ſit hodierna
ſolēnitas de aduentu ſpirit⁹ ſan-
cti. Sicut enim illa ita quoque ⁊
hec eſt honoꝛabilis. In illa quip
pe deus in ſe permanens ſemet-
ipſum creauit hominem. in iſta ve
ro homines venientem deſuper
ſuſceperunt deum. In illa deus
naturaliter factus eſt homo: i iſta
homines facti ſunt per adoptio-
nem dij. Si ergo remanere car-
nales in moꝛte volumus. Hunc
fratres chariſſimi viuificantem
ſpiritum amemus. Sed quia ca
ro ſpiritum neſcit. dicat foꝛtaſſe
carnali cogitatione apud ſe aliqſ
Quomodo diligere valeo quem
ignoꝛo? Hoc ⁊ nos concedimus
quia mens viſibilibus intenta: vi
dere neſcit inuiſibilem. Nulla. n.
niſi viſibilia cogitat. eaque ⁊ cum
non agit eoꝛum imaginines itroꝛ
ſus trahit. Dumque in imagini-
bus coꝛpoꝛeis iacet. ſurgere ad in
coꝛpoꝛea non valet. Unde fit vt
tanto deterius creatoꝛem neſciat
quanto in cogitatione ſua famili-
arius coꝛpoꝛeam creaturam poꝛ
tat. Sed cum deum videre nō
poſſumus. habemus aliquid qd
agamus. Unde iter fiat quo
ad eum noſtre intelligentie ocu-
lus veniat. Certe quem in ſe vi
dere nullo modo valemus hunc
in ſeruis ſuis videre iam poſſu-
mus. quos dum mira conſpici-
mus agere. certum nobis fit in eo
rum mentibus. deum habitare.
In re autem incoꝛpoꝛea a rebus
coꝛpoꝛalibus. viſum trahamus.
Nemo ⁊ enim noſtrum oꝛien
tem clare ſolem in ſperam illius
intendendo valet conſpicere quia

denſis eius radijs oculi reuer-
berantur. ſed ſole illuſtratos mō
tes aſpicimus ꝛ quia iam ſol oꝛ-
tus eſt videmus. Quia ſolem
iuſtitie in ſeipſo videre non poſ-
ſumus illuſtratos montes clari-
tate illius videamus. ſanctos vi-
delicet apoſtolos qui virtutibus
emicant. miraculis coꝛruſcant.
quos nati ſolis claritas perfudit
ꝛ cū i ſeipō ſit iuiſibilis ꝑ eos nob̄
q̄ſi ꝑ illuſtratos mōtes ſe viſibilē
ꝓbuit. Uirtꝰ .n. diuinitatꝭ in ſe q̄ſi
ſol i celo: virꝰ diuinitatis i hoibꝰ
ſol i terra. Solē gꝰ iuſtitie ituea-
mur i terra. quē videre ñ poſſumꝰ
i celo. Ut dū i offēſo pede operis
ꝑ hūc i terra ḡdimur ad ituēduꝫ
illū qn̄qꝫ oculos i celū leuemur.
Sꝫ i offēſo pede iter nr̄ꝫ i terra a
gitꝰ. ſi deꝰ ac ꝓximus itegra mēte di
ligatꝰ. Nec deꝰ .n. verꝰ ſine ꝓximo.
nec ꝓximꝰ vere diligitꝰ ſine deo.
hic ē ꝙ ſicꝰ i alio ſmōe iā dixiꝰ
idē ſpūs ſcōo legitꝰ diſcipulis datꝰ
Priꝰ a dño i terra dḡēte. poſtmo
dū a dño celo p̄ſidēte. in terra q̄p
pe vt diligatꝰ ꝓximꝰ e celo uero
vt diligatꝰ deꝰ. ſed cur priꝰ i terra
poſtmodū d celo. niſi qꝛ apte datꝰ
itelligi qꝛ iuxta iohis vocē q̄ frēꝫ
ſuū nō diligit quē videt. deū quē
nō videt quō p̄t diligere. Diliga-
mus gꝰ ꝓximū frēs. amemꝰ cū q̄
iuxta nos ē vt ꝑuēire valeamꝰ ad
amoꝛe illiꝰ q̄ ſup nos ē. meditetꝰ
mēs i ꝓximo qđ exhibeat deo vt ꝑfe
cte mereatꝰ i deo gaudere cū ꝓxi-
mo. Tūc ad illā ſuperne frequen
tie letitiā ꝑuēiemꝰ de q̄ nūc ſci ſpūs
pignꝰ accepimꝰ. Ad iſtū finē to-
to amoꝛe tendamus in quo ſine fi
ne letabimur. Ibi ſupernoꝛum ci
uium ſocietas ſancta. ibi ſolemni-
tas certa. Ibi requies ſecura. ibi
pax vera. que nobis iam nō relin
quitur ſed datur. Per dominuꝫ
noſtrum ieſum chꝛiſtum qui viuit
ꝛ regnat cum deo patre deus in
vnitate ſpiritus ſancti ꝑ oia ſecula
ſecula ſeculoꝝ. amē.

Lecꝰ. ſancti euangelij ſecūdū lucā.
Capitulo. xiij.

In illo tempoꝛe. Dicebat
ieſus turbis ſimilitudinē
hanc. Arboꝛem fici habe
bat quidam plantatam in vinea
ſua. Et venit querens fructum
in illa ꝛ non inuenit. Et reliq̄.

Omelia. xxxi. lecꝰ. eiuſdem habi-
ta ad populum in baſilica ſancti
laurentij mar.

Dominus ac redēptoꝛ no-
ſter per euangelium ſuuꝫ
aliquando verbis loquitꝰ
aliquando rebus. Aliquādo aliđ
verbis atque aliud rebus: aliquā
do aūt hoc verbis qđ rebus. Du-
as ꝛ .n. res ex euāgelio fratres au
diſtiſ. ficulneā infructuoſaꝫ. ꝛ mu
lierē curuā ꝛ vtriqꝫ rei eſt pietas
impēſa. illud aūt dixit ꝑ ſimilitu-
dinē. iſtđ egit ꝑ exhibitionē. Sꝫ
hoc ſignificat ficulnea ifructuoſa

qđ mulier inclinata. Et hoc ficul-nea reſeruata. qđ mulier erecta. Dñs vinee tertio venit ad ficulne am ⁊ fructū minime iuenit. ⁊ mu-lier que erecta ē decē ⁊ octo ānis fuerat curua. hoc aūt decē ⁊ octo annoꝝ numero ſignat qđ tertio dominus vinee ad īfructuoſaꝫ fi culneā veniſſe ꝓhibet. Nꝛ igit̄ premittendo ſummatim tota per ſtrinximus: iā per lectionis oꝛdi nē ſingula diſſeramus. Arboꝛeꝫ fici quidā habebat plantatā in vi-nea ſua. Et venit querens fructū in illa ⁊ nō inuenit. Quid arboꝛ fici niſi humana natura deſigna tur. Quid mulier inclinata. niſi eandē naturā ſignificando denū tiat. Que ⁊ bene plantata eſt ſi-cut ficus. ⁊ bene erecta ſicut muli er. Sed in culpa pꝛopꝛie ſponte lapſa. neque fructum ſeruat ope-rationis neque ſtatum rectitudi-nis. Ad peccatum quippe ex vo-luntate coꝛruens. quia fructū obe dientie ferre noluit. ſtatum recti-tudinis amiſit. que ad dei ſimili-tudinem condita dum in ſua di-gnitate non perſtitit. quod plan-tata vel creata fuerat. ſeruare con tempſit. Tertio vinee dominus ad ficulneam venit. quia naturaꝫ generis humani. ante legem. ſub lege. ſub gratia. expectando. am-monendo. viſitando. requiſiuit. Dixit ad cultoꝛem vinee. Ecce anni tres ſunt ex quo venio fru-ctum querens in ficulnea hac ⁊ non inuenio. Uenit ante le-gem. quia per naturalem intelle-ctum. quid vnuſquiſque exemplo ſui. ⁊ qualiter erga pꝛoximum a-gere debuiſſet. innotuit. Ue-nit in legem. quia pꝛecipiendo do cuit. Uenit poſt legem per gratiam. quia pietatis ſue pꝛeſen-tiam. exhibendo monſtrauit.

Sed tamen in tribus annis fructum ſe non inueniſſe conque ritur. quia quoꝛumdam pꝛauo-rum mentes nec inſpirata lex na-turalis coꝛrigit. nec pꝛecepta eru-diunt. nec incarnationis eius mi racula conuertunt. Quid ve-ro per cultoꝛem vinee. niſi pꝛepo ſitoꝛum oꝛdo ſignatur. Qui dum pꝛeſunt eccleſie nimirum do minice vinee curam gerunt.

Huius enim vinee pꝛimus cultoꝛ petrus apoſtolus extitit.

Hūc nos idigni ſeqͥmur. in-quantum pꝛo eruditione veſtra docendo pꝛedicando increpan-do laboꝛamus. Sed cum ma gno iam timoꝛe audiendum eſt. quod cultoꝛi vinee de infructuo-ſa arboꝛe dicitur. Succide ergo illam: vt quid etiam terram occupat. Unuſquiſque iuxta modum ſuum. inquantum locum ꝑſentis vite tenet. ſi fructum bone operationis non exhibet. velut

infructuoſa arbor terrā occupat.
Qr g" in eo loco inq̄ ipē eſt ⁊ alijs
opandi occaſiōez negat. Sed ⁊ in
hoc ſeculo poteſt q̄lib3 ſi fructū nō
habet bone opationis etiam im/
pedimentum preſtat ceteris. Qr
quicūq3 ſub ipō ſunt exemplo pra
uitatis illius quaſi ſub vmbra per
verſitatis eius premuntur. Stat
deſuper arbor infructuoſa: ⁊ ſub
tus terra ſterilis iacet. Infructuo
ſe arboris deſuper vmbra denſat
⁊ ſolis radius ad terram deſcen/
dere nequaquā permittitur. quia
dum ſubiecti quilibet patroni per
uerſi peruerſa exempla cōſpiciūt
ipſi quoq3 in fructuoſi remanen/
tes veritatis lumine priuantur.
Et preſſi vmbra calorem ſolis nō
accipiūt. quia inde remanēt adeo
frigidi vnde in hoc ſeculo male ꝓ
teguntur. Sed de hoc peruerſo
quolibet ⁊ potēte pene iam requi/
ſitio adeo non eſt. Poſtquā enim
ſe perdidit. querendum ſolummo
do eſt cur ⁊ alios premit. Unde
etiā3 terram occupat. Terra quip
pe occupat. qui mētes alienas gra
uat. Terram occupat. qui locum
quem tenet in bonis operibus nō
exercet. ſed tamen noſtru3 eſt pro
talibus deprecari. Nam cultor vi
nee quid dicat audiamus. Domi/
ne dimitte illam: ⁊ hoc anno vſq3
dum fodiam circa illam. Quid eſt
circa ficulneam fodere. niſi infru/
ctuoſas mentes increpare. Om
nis quippe foſſa in imo ē. ⁊ nimi/
rum increpatio dum mentem ſibi
demonſtrat humiliat. Quotiens
ergo de peccato ſuo aliquem corri
pimus. quaſi ex culture ſue debito
circa infructuoſam arborem fodi
mus. Poſt foſſionem vero. q̄d di/
cit audiamus. Et mittā3 cophinū
ſtercoris. Quid eſt cophinus ſter
coris. niſi memoria peccatorum.
Peccata enim carnis. ſtercora vo
cantur. Unde: ⁊ per ꝓphām dici
tur. Cōputruerūt iumenta in ſter/
core ſuo. Iumenta quippe in ſter
core ſuo computreſcere eſt. carna/
les quoſq3 in fetore luxurie vitam
finire. Nos itaq3 quotiens carna
lem mentem de ſuis peccatis icre/
pamus. quotiens ad eius memo/
riam vicia ante acta reducimus.
quaſi infructuoſe arbori cophinū
ſtercoris xōſamus. vt maloꝝ que
egit recolat. ⁊ ad cōpūctionis gra
tiam quaſi de fetore pingueſcat.
Mittitur ergo cophinus ſterco/
ris. ad radicem arboris. quando
prauitatis ſue conſcientia tangit
memoria cogitationis. Cūq3 ſe ꝑ
penitentiam ad lamenta mens ex
citat. cūq3 ad bone operatiōis gra
tiam reformat. quaſi per tactum
ſtercoris redit ad fecunditatem o
peris radix cordis. Plāgit quod
feciſſe ſe meminit: diſplicet ſibi q̄/
lem fuiſſe ſe recolit. Intentionem

contra ſe dirigit: atq3 ad meliora animum accendit. Ex fetore igitur ad fructum reuiuiſcit arbor. q2 de conſideratione pecati ad bona ſe opera reſuſcitat animus. Et ſunt pleriq3 qui increpationes audiunt: attamen ad penitentiam redire contemnunt: 7 infructuoſi deo in hoc ſeculo virides ſtant. Sed audiamus quid ficulnee cultor adiungat? Si quidem fecerit fructum. ſin autem infuturū ſuccides eam. Quia profecto qui hic non vult ad fecunditatem pinguefcere per increpationem illuc cadet vnde iam ſurgere per penitentiam non valet. 7 inſuturo ſuccidetur quãuis hic ſine fructu viridis ſtare videatur. Erat autem docens in ſinagogis die ſabbati.

Et ecce mulier que habebat ſpiritum infirmitatis annis decem 7 octo. Pauloante iam diximus quia hoc trinus aduentus domini ad infructuoſam ficulneam qd dece 37 octo annorum numerus adcuruam mulierem ſignatur. Sexto enim die homo factus eſt atque encem die ſexto opera domin cue ta perfecta ſunt. Senarius autm numerus in trigonū3 ductus decem 7 octo facit. Quia ergo homo qui ſexto die factus eſt perfecta opera habere noluit: ſed ante legem. ſub lege atque in exordio inchoantis gratie infirmus extitit: decem 7 octo annis mulier curua fuit: 7 erat inclinata nec omnio poterat ſurſu3 reſpicere. Omnis peccator terrena cogitans celeſtia non requirens ſurſum reſpicere non valet. quia dum deſideria inferiora ſequit̃. a mentis ſue rectitudine curuatur. 7 hoc ſemper videt quod ſine ceſſatione cogitat. Ad corda veſtra chariſſimi fratres redite. quid horis omnibus incogitationib' veſtris voluatis aſpicite. Alius de honoribus alius de pecunijs alius de prediorum ambitu cogitat. cuncta hec in imo ſunt. 7 quando mens talibus implicatur: ab ſtatus ſui rectitudine flectitur. Et quia ad celeſte deſiderium non aſſurgit. quaſi mulier inclinata ſurſum reſpicere nequaquam poteſt. Sequitur. Hanc cum videret ieſus. vocauit ad ſe 7 ait illi. Mulier dimiſſa es ab infirmitate tua. 7 impoſuit illi manum. 7 confeſtim erecta eſt. Vocauit 7 erexit. qui 7 illuminauit. 7 adiuuit. Vocat ſed non erigit. quandoquide3 per eius gratiam illuminamur. ſet exigentibus noſtris meritis adiuuari non poſſumus. Plerumque enim videmus que agenda ſunt: ſet hec opere non implemus. Nitimur ſed infirmamur. mentis iudicium rectitudinem conſpicit. ſed ad hanc operis fortitudo ſuc-

cumbit. quia nimirum iam de pe-
na peccati eſt. vt ex dono quidem
poſſit bonum conſpici. ſed tamen
ab eo quod aſpicitur: contingat
per meritum repelli. Uſitata
enim culpa obligat mentem. vt ne
quaquam exurgere poſſit ad recti
tudinem. Conatur ⁊ labitur. quia
vbi ſponte diu perſtitit. ibi ⁊ cum
noluerit coacta cadit. Bene de
hac noſtra incuruatione ex typo
humani generis per pſalmiſtam
dicitur. Incuruatus ſuꝫ ⁊ humi-
liatus ſum vſqꝫ quaqꝫ. Contem
platus quippe quod ad ſupernaꝫ
lucem intuendam homo cōditus
fuerat: ſed peccatis exigentibus
foras miſſus mentis ſue tenebras
portat ſuperna non appetit ⁊ infi
mis intendit. Celeſtia nequaquaꝫ
deſiderat. terrena ſemper animo
verſat: ⁊ hoc quod de ſuo genere
voluit. in ſeipſo exclamauit dicēs
Incuruatus ſuꝫ ⁊ humiliatus ſuꝫ
vſqꝫ quaqꝫ. Contemplationeꝫ nā
qꝫ celeſtiuꝫ perdens ſi ſola carnis
neceſſaria homo cogitaret. incur-
uatus ⁊ humiliatus eſſet. ſed ta
men vſque quaque non eſſet.
Quem ergo a ſupernis cogitatio
nibus non ſoluꝫ neceſſitas deijcit
ſed etiam voluptas illicita ſternit.
non ſolum incuruatus. ſed vſque
quaque incuruatus eſt. Hinc ali-
us propheta de immundis ſpiri-
tibus dicit. Qui dixerunt ani-
me tue incuruare. vt tranſeamus
Recta quippe ſtat anima. cum ſu
perna deſiderat. ⁊ nequaquaꝫ fle
ctitur ad ima. Sed maligni ſpiri-
tus cum hāc in ſua rectitudine ſta
re cōſpiciunt. per eam tranſire nō
poſſunt. Tranſire namqꝫ illorū
eſt immūda illi deſideria aſperge-
re. Dicunt ergo. incuruare vt trā
ſeamus. quia ſi ipſa ſe ad ima ap-
petenda non deijcit. contra hanc
illorum peruerſitas: nullatenus
conualeſcet. Et tranſire per eam
nequeunt. quam contra ſe rigidaꝫ
in ſuperna intentione contremi-
ſcunt. Nos ergo fratres chariſ-
ſimi viam nos malignis in nobis
ſpiritibus damus. cum terrena cō
cupiſcimus. cuꝫ ad temporalia ap
petenda curuamur. Pudeat er-
go terrena concupiſcere. ⁊ dorſa
mentium aſcendentibus aduerſa-
rijs prebere. Terram ſemper in
tuetur qui curuus eſt. ⁊ quo pre-
mio ſit redemptus. non meminit.
qui ima querit. Hinc etiam per
moyſen dicitur. Ut qui gibbo pre
mitur. nequaquam ad ſacerdoti-
um promoueatur. Et quot quot
xpi ſanguine redepti ſumus. mem
bra eiuſdem ſummi ſacerdotis ef-
ficimur. Unde nobis ⁊ per pe-
trum dicitur. Uos autem genus
electum. regale ſacerdocium.
Sed qui gibbum tolerat. ima ſem
per intuetur. A ſacerdotio ergo
repellitur: quia quiſquis ſolis ter
renis intentus eſt. ipſe ſibi teſtis ē

q̄z mēbrū ſūmi ſacerdotis nō eſt. Hinc rurſus piſces q̄ penullas ⁊ ſquamas nō habent. ab eſu fidelis populi. ꝓhibent̄. Piſces q̄ppe q̄ pēnullas ⁊ ſquamas habēt dare ſaltus etiam ſuper aquas ſolent. Quid ergo pennatis piſcibus. niſi electe anime figurantur. Que ꝑfecto ſole in celeſtis eccleſie corpus tranſeunt. que modo virtutūz pennulis fulte ſaltus dare per celeſte deſiderium ſciunt. Ut ſuperna per contemplationem appetāt quamuis in ſemetipſis iterum ex mortali carne relabantur. Si ergo iam bona patrie celeſtis cognouimus. diſpliceat nobis fratres chariſſimi quod curui ſumus Ponatur ante oculos mulier curua. ⁊ arbor infructuoſa. Reminiſcamur malorum que fecimus. mittamus ad radicem cordis cophinum ſtercoris. vt tunc in retributionis fructum pingueſcat qḋ nobis hic per penitentiam fetebat. Et ſi virtutum ſumma operari nō poſſumus. ipſo d̄s nr̄ gaudet lamēto. Ex ipſa etiā iuſticia ī cboatiōe placebimus. ſi in iuſta q̄ fecimus punimus. Nec mora erit infletiqus q̄z tergent citius tranſeūtes lachrymas gaudia māſura. Per dn̄z nr̄z ihm xp̄m q̄ viuit ⁊ regnat cū p̄re in unitate ſpūs ſci deus p̄ oīa ſecula ſeculorum. Amē.

In natiui. vnius martyris. lectī ſcī euāgelij ſcḋz lucā. Cap. viiij.

In illo tempore. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Si quis vult poſt me venire abneget ſemetipſū: ⁊ tollat crucez ſuā quotidie. ⁊ ſequat̄ me ⁊ reliq̄.

Omelia. xxxij. lectiōis eiuſdē. ſci grego. pape hīta ad populū ī baſilica ſanctoꝝ ꝓceſſi ⁊ Martiniani.

Uia dn̄s ac redemptor nr̄. nouus homo venit in mūduz: noua p̄cepta dedit mūdo. Uite. n. nr̄e veteri i vitijs enutrite ɔtrarietatē oppoſuit nouitatē ſue. Quid. n. vet᷑: q̄d carnalis hō nouerat niſi ſua retinere: aliena rapere ſi poſſet: ɔcupiſcere ſi nō poſſet Sz celeſtis medicus ſingulis q̄buſq̄z vitijs obuiātia adhibz᷒ medicamēta. Nā ſic arte medicine. calida frigidis frigidis calida curant̄ ita dn̄s nr̄ ɔ̄ria oppoſuit medicamīta peccatꝭ vt lubricis ɔtinēciā. tenacib᷒ largitatē. iracūdis māſuetudinē. elatiſ p̄cipet hūilitatē. Certe cū ſe ſequētib᷒ noua mādata p̄ponerer dix̄. Niſi q̄s renūciauerit oīb᷒ q̄ poſſidet: nō pōt me᷒ eē diſcipulus. Ac ſi apte dicat. Qui p vitā veterē aliena ɔcupiſcitꝭ: p noue ɔuerſatiōis ſtudiū. ⁊ veſtra largimini. Quid vero in hac lectione dicat: audiamus. Qui vult poſt me venire: abneget ſemetipſum. Ibi dicitur vt abnegemus noſtra. hic dicitur vt abnegemus nos. Et fortaſſe laborioſum non eſt homini relinquere ſua: ſed valde laborio

ſum eſt relinquere ſemetipſum.
Minus quippe eſt abnegare qđ
habet. valde enim multum eſt ab
negare quod eſt. Ad ſe autem no
bis venientibus dominus preci-
pit. vt renuntiemus noſtris: quia
quiſquis ad fidei agonem veni-
mus. luctamen contra malignos
ſpiritus ſumimus. Nichil au
tem maligni ſpiritus ī hoc mun
do proprium poſſident. Nudi er
go cum nudo luctari debemus.
Nam ſi veſtitus quiſque cum nu
do luctatur. citius ad terrā deiji
tur: quia habet vnde teneatur.
Quid enim ſunt terrena omnia
niſi quedam corporis indumen-
ta. Quiſquis ergo contra diabo
lum ad certamen properat: veſti
menta abijciat. ne ſubcūbat. Ni-
hil in hoc mundo poſſideat. nul-
las labentium rerum delectatio-
nes requirat. ne vnde ad votum
tegitur. ad caſum inde teneatur.
Nec tamen ſufficit noſtra relin-
quere. niſi relinquamur ⁊ nos.
Si enim noſmetipſos relinqui-
mus. quo ibimus extra nos? Vel
quis eſt qui vadit ſi ſe deſerit?
Sed aliud ſumus per peccatum
lapſi: aliud per naturam conditi
Aliud quod fecimus. aliud quod
facti ſumus. Relinquamus noſ-
metipſos quales peccando nos
fecimus: ⁊ maneamus nos met-
ipſi quales per gratiam facti ſu-
mus. Ecce ⁊ enim qui ſuperbus
fuit. ſi conuerſus ad chriſtum hu-
milis factus eſt: ſemetipſum relin
quit. Si luxurioſus quiſque ad
continentiam vitam mutauit: ab
negauit vtique quod fuit. ſi aua-
rus quiſque ambire iam deſijt. ⁊
largiri didicit propria. qui prius
aliena rapiebat: proculdubio ſe-
metipſum reliquit. Ipſe quidem
eſt per naturam: ſed non eſt ipſe
per malitiam. Hinc enim ſcriptū
eſt. Verte impios ⁊ non erunt.

Conuerſi nāque immpij non
erunt: non quia omnino nō erūt
in eſſentia. ſed ſcilicet non erunt ī
impietatis culpa. Tunc ergo
nos metipſos relinquimus: tunc
nos metipſos abnegamus: cum
vitamus quod per vetuſtatem fui
mus ⁊ ad hoc nitimur quod per
nouitatem vocamur. Penſemus
quomodo ſe paulus abnegaue-
rat. qui dicebat. Viuo autem iam
non ego. Extinctus quippe fue-
rat ſeuus ille perſecutor: ⁊ viuere
ceperat predicator pius. Si eniꝫ
ipſe eſſet: pius profecto non eſſet
Sed qui ſe viuere denegat. dicat
vnde eſt. ꝙ ſancta verba per do-
ctrinam veritatis clamat. Proti-
nus ſubdit. Viuit vero in me xp̄s
Ac ſi aperte dicat. Ego quidem
a meipſo extinctus ſum: quia car
naliter non viuo. ſed tamen eſſen
tialiter nō viuo. ſꝫm̄ eēntialiť mor
tuus nō ſū q̄ ī xp̄o ſpiritaliť vi-
uo. Dicat gͦ veritas dicat. Siquis

vult poſt me venire abneget ſemet
ipſum: qꝛ niſi quis a ſemetipſo de
ficiat. ad eum qui ſuper ipſum eſt
nō appropiquat. Nec valet apprē
hēdere qđ vltra ipm̄ ē: ſi neſcierit
mactare qđ ē. Sic ⁊ olearum plāte
trāſponunť vt pficiāt: atqꝫ vt ita
dixerim radicātur vt creſcāt. Sic
reꝝ ſemina in terre admixtione de
ficiunt: ⁊ in reparatione ſui generis
vberius aſſurgunt. Unde .n. vidē
tur pdidiſſe qđ erāt: inde icipiūt
hoc pparere qđ nō erāt. Sꝫ iaꝫ
ꝗ ſe abnegat: exqrēde ei⁹ ꝟtutes
ſūt. in qbus creſcat. Nā cuꝫ dictū
eſt. qui vult poſt me venire abne
get ſemetipſum: protinus addiť.
Tollat crucē ſuā quotidie: ⁊ ſeq
tur me. Duob⁹ ⁊ enim mōis crux
tolliť. cū aut p abſtinētiā afficitur
corpus: aut p cōpaſſionē pximi
affligiť animus. Penſemus qliter
vtroqꝫ mō paulus crucē ſuā tule
rat ꝗ dicebat. Caſtigo corpus me
um: ⁊ in ſeruitutē redigo: ne forte
alijs pdicās ipſe reprob⁹ efficiar.
Ecce in afflictione corporis audi
uimus crucē carnis: audiam⁹ nūc
in cōpaſſione pximi crucē mētis.
Ait. Quis ifirmať. ⁊ ego nō iſir
mor? Quis ſcādaliçať. ⁊ ego non
vror? Perfectus qppe pdicator vt
exēplū daret abſtinētie. crucē pōta
bat i corpe. Et qꝛ i ſe trahebat dā
na ifirmitatꝭ aliene crucē portabat
in corde. Sed quia ipſis virtuti
bus qdam vitia iuxta ſūt. dicēduꝫ
nobis ē. qđ vitiū abſtinētiā carnis
⁊ qđ obſideat cōpaſſionē mentis.
Euicino nāqꝫ nōnunꝙ abſtinētiā
carnis nō nunꝙ vanagloria obſi
det. qꝛ dū tenuitas i corpe dū pal
lor in vultu reſpiciť: virtus pateſa
cta laudať. Et tāto ſe celeri⁹ foras
fūdit: quāto ad humanos oculos
p oſtēſuꝫ pallorē exijt. Et plerūqꝫ
fit vt qđ cauſa dei agi creditur: p
ſolis humanis fauoribus agatur
Quod bñ ſymon ille ſignificat: ꝗ
inuentus in itinere crucē dñicā in
angaria portat. Aliena quippe
onera in angaria portantur: qñ p
vanitatis ſtudiū aliqd agiť. Qui
g⁹ p ſymonē deſignanť: niſi abſti
nentes ⁊ arrogātes? Qui p abſti
nētiā qdem carnem afficiunt: ſed
fructum abſtinētie interius nō re
quirūt. Crucē ergo dñi ſymon in
angariā portat. qꝛ cū ad opus bo
nū ex bona volūtate nō duciť reꝫ
iuſti ſine fructu peccator opatur.
Unde ⁊ iſdē ſymon crucē portat ſed
nō moriť. qꝛ abſtinētes ⁊ arrogā
tes p abſtinētiā qdē corpus affici
unt. ſꝫ per deſideriū glorie mūdo
viuūt. Cōpaſſionē ꝟo ai plerūqꝫ
latēter obſidet pietas falſa: vt hāc
nonnunꝙ vſqꝫ ad cōdeſcēdēduꝫ
vitijs pertrahat. dum ad culpas
quiſqꝫ non debeat compaſſionem
exercere ſed çelum. Compaſſio
quippe homini ⁊ rectitudo vitijs
debetur: vt in vno eodēqꝫ homi
ne: ⁊ diligam⁹ bonū quod factus

eſt: ⁊ perſequamur mala que facit
ne dum culpas incaute remittimꝰ
non iam per charitatem compati
ſed per negligentiam conſenſiſſe
videamur. Sequitur. Qui .n. vo
luerit animam ſuam ſaluaꝫ facere
ꝑdet eā. Et q̇ ꝑdiderit aīaꝫ ſuam
ꝓpter me: ſaluā faciet eā. Sic di/
cit̄ fideli. Qui voluerit aīaꝫ ſuam
ſaluā facere ꝑdet eā: ⁊ q̇ ꝑdiderit
aīam ſuam propter me ſaluā eā fa
ciet: ac ſi agricole dicat̄. Frumētū
ſi ſeruas ꝑdis: ſi ſeminas renouaſ
Quis enꝫ neſciat: ꝙ frumētū cuꝫ
in ſemine mittit̄ perit ab oculis in
terra deficit. In renouatione cre/
ſcit. in puluere moritur. Sꝫ vnde
putreſcit in puluere: inde vireſcit
in renouatione. Quia vero ſcā ec/
cleſia aliud tēpus habet perſecuti
onis. atqꝫ aliud pacis: redemptor
nr̄ ipſa eius tempora diſtinguit in
preceptis. Nā ꝑſecutiōis tēpore
ponēda eſt aīa: pacis autem tem/
pore ea q̄ āplius dn̄ari poſſūt frā/
gēda ſūt deſideria terrena. Vn̄ ⁊
nc̄ dr̄. qd. n. ꝓdeſt hoī ſi lucret̄ vni
uerſū mūdū. ſe aūt ipm̄ ꝑdat. ⁊ de
trimētū ſui faciat? Cū ꝑſecutio ab
aduerſarijs deeſt: valde vigilātiꝰ
cor cuſtodiēdum eſt· Nam pacis
tēpore. qꝛ licet viuere: liber ēt am/
bire. Que profecto auaritia bn̄ cō
peſcit̄ ſi ipſe ſtatus ambientis ſol
licite ꝯſideret̄. Nā cur ſtet ad col
ligēdū. qn̄ nō pōt ſtare ipſe q̇ colli
git. Curſū ergo ſuū q̇ſqꝫ conſide/
ret: ⁊ cognoſcet ſibi poſſe ſufficere
parua q̄ habet. Sꝫ fortaſſe metuit
ne i huiꝰ vite itinere ſūptus deſijt
Longa nr̄a deſideria icrepat via
breuis. In caſſuꝫ multa portant̄:
cū iuxta ē quo ꝑgit̄. Plerūqꝫ aūt
⁊ auaritiā vincimus: ſꝫ adhuc ob
ſtat ꝙ vias rectitudinis minore te
nemus cuſtodia ꝑfectiōis. Nā ſe
pe labētia cūcta deſpicimꝰ: ſꝫ tam̄
adhuc hūane ꝟecūdie vſu ꝓped i
mur: vt rectitudinē quā ſeruamuſ
in mēte. nōdū exꝓmere valeamus
i voce. Et tāto dei faciē ad iuſticie
defenſionē negligimus quāto hu
manas facies ꝯ iuſticiā veremur.
Sꝫ huic quoqꝫ vulneri cōgruuꝫ
ſubiūgit̄ medicamētū cū dn̄s dic̄.
Qui me erubuerit ⁊ meos ſermo/
nes: hūc filiꝰ hoīs erubeſcet cū ve
nerit in maieſtate ſua ⁊ patris: ⁊
ſcōꝝ angeloꝝ. Sꝫ ecce nūc apud
ſe hoīes dicūt. Nos iā dn̄m ⁊ ſer
mones eiꝰ nō erubeſcimꝰ: qꝛ aper
ta eū voce ꝯfitemur qbꝰ ego reſpō
deo ꝙ in hac plebe xp̄iana ſunt
nonnulli q̇ xp̄ꝫ ideo confitent̄ qꝛ
cunctos xp̄ianos eſſe aſpiciunt.
Naꝫ ſi nomen xp̄i in tanta gloria
hodie nō eſſet: tot profeſſores xp̄i
eccleſia non haberet. Nō ergo ad
probationem fidei vox ſuff cit ꝓ/
feſſionis: quam defendit a verecū
dia profeſſio generalitatis. Eſt ta
men vbi ſe quiſqꝫ interroget. vt in
confeſſione xp̄i ſe veraciter ꝓbet
ſi non iaꝫ nomen eius erubeſcit. ſi

plene virtute mentis. humanũ pu
doꝛē ſubdidit. Certe enī pſecutio
nis tēpoꝛe erubeſcere poterāt fide
les ſubſtātijs nudari. de dignitati
bus deijci: verberibus affligi. Pa
cis autem tempoꝛe quia heca no-
ſtris perſecutionibus deſunt: eſt
aliud vbi oſtendatur nobis. Ve
remur ſepe a pꝛoximis deſpici de-
dignamur iniurias verbis tollera
re. Si contingat iurgium foꝛtaſ-
ſe cuȝ pꝛoximo: erubeſcimus pꝛio
reſ ſatiſfacere. Coꝛ quippe carna
le dum huius vite gloꝛiam que-
rit: humilitatem reſpuit. Et ple-
rũqȝ ipſe homo qui iraſcitur diſ-
coꝛdanti ſibi reconciliari appetit
ſed ire ad ſatiſfaciendũ pꝛioꝛ eru
beſcit. Penſemus facta veritatis:
vt videamus quo iaceant noſtre
pꝛauitatis actiones. Si enim mē
bꝛa ſummi capitis ſumus imitari
eum cui connectimur debemus.
Quid nãqȝ ad nr̃e eruditiōis exē
plũ paulus egregius p̄dicatoꝛ di-
cit. Pro xp̄o legatiōe fũgimur. tã
q̄ deo exoꝛtãte p nos. obſecram⁹
ꝓ xp̄o recõciliamini deo. Ecce in-
ter nos ꝛ deũ diſcoꝛdiã peccando
fecim⁹: ꝛ tñ ad nos de⁹ ſuos lega
tos p̄oꝛmiſit: vt nos ipſi q̄ pecca-
uimus ad pacē dei rogati venia-
mus. Erubeſcat ergo humana ſu
pbia. ꝯfundatur q̄ſqȝ ſi nõ ſatiſfa
ciat p̄oꝛ ꝓximo: qñ poſt culpã no
ſtrã vt ei recõciliari debeamus. ꝛ
ipſe quoqȝ q̄ offenſus ē legatis in

teruenientib⁹ obſecrat de⁹. Seq̄
tur. Dico ãt vobis vere ſunt hic ali
qui ſtãtes. q̄ nõ guſtabũt moꝛtem
donec videãt regnũ dei. Regnũ
dei frẽſ chariſſimi nõ ſemp i ſacro
eloquio vẽtuꝛ regnũ dicit: ſed nõ
nunq̄ p̄ſens eccleſia vocat. Unde
ſcriptũ eſt. Mittet filius hoīs an-
gelos ſuos. ꝛ colligēt de regno ei⁹
oīa ſcãdala. In illo q̄ppe r̄gno ſcã
dala non erũt: vbi pꝛofecto repꝛo
bi non admittuntur. Quo videli-
cet exemplo colligitur. q̄ hoc loco
regnum dei pꝛeſens eccleſia voca-
tur. Et qꝛ non nulli ex diſcipulis
vſqȝ adeo in coꝛpoꝛe victuri erant
vt eccleſiam dei conſtructam con-
ſpicerent: ꝛ contra mundi huius
gloꝛiam rectam. conſolatoꝛia pꝛo-
miſſione nunc dicitur. Sunt qui-
dam de hic ſtantibus qui non gu-
ſtabunt moꝛtem donec videant re
gnum dei. Sed cum tanta domi-
nus ſubeũde moꝛtis pꝛecepta ede
ret: quid neceſſariũ fuit. vt ad hãc
ſubito pꝛomiſſionem veniret? Qd
ſi ſubtiliter attendamus: quanta
diſpenſatione pietatis agatur co-
gnoſcimus. Diſcipulis ꝛ enim ru-
dibus etiam de pꝛeſenti vita ali-
quid pꝛomittendum fuit: vt poſ-
ſint robuſtius in futura ſolidari.
Sic iſrahelitico populo ex egypti
terra liberando. repꝛomiſſionis
terra ꝓmittit. Et cũ vocãdus eēt
ad dona celeſtia: terrenis pꝛomi
ſſionibus ſuadetur. Cur hoc? Ut

dum eſſet aliquid quod de vicinio perciperet: illud iam fidelius crederet quod de lõgiquo audire potuiſſet. Carnalis ꝛ enĩ populus ſi parua non acciperet magna non crederet. Oĩpotẽs ergo deus largiendo terrena. ſuadet ad celeſtia vt percipiens quod videret. ſperare diſceret quod minime videbat. Et tanto ſolidioꝛ de inuiſibilibus fieret: quanto eum ad ſpei certitudinem viſibilia pꝛomiſſa fulcirẽt. Unde quoqꝫ recte per pſalmiſtaꝫ dicit᷑. Dedit eis regiones gentiũ ꝛ laboꝛes populoꝛum poſſederũt Ut cuſtodiant iuſtificationes eiꝰ. ꝛ legeꝫ eius exquirant. Sic ergo in hoc loco rudibus diſcipulis veritas loquens. videndum regnuꝫ dei pmittit in terra. vt hoc ab eis fidelibus in celo pꝛeſumatur. Ex ipſo itaqꝫ regno quod iam videmus in mundo eſſe ſublimatum: ſperemus regnũ quod in celo credimus percipiendum. Nam ſunt nonnulli qui xp̃ianitatis nomine cenſentur: ſed xp̃ianitatis nõ habent fidẽ. Sola enim eſſe viſibilia eſtimant. inuiſibilia non appetũt quia nec eſſe ſuſpicantur. Ad ſanctoꝛum martyrum coꝛpoꝛa conſiſtimus fratres mei. nunquid iſti carnem ſuam in moꝛtem darent. niſi eis certiſſime ↄſtitiſſet eſſe aliã vitam pꝛo qua moꝛi debuiſſent? Ecce qꝛ ita crediderũt. miraculis coꝛuſcant. Ad extincta nãqꝫ coꝛpoꝛa eoꝛum viuentes egri veniũt ꝛ ſanantur. Periuri veniũt: ꝛ demonio vexantur. Demoniaci veniunt: ꝛ liberantur. Quomodo ergo illic vbi viuunt. ſi in tot miraculis viuunt hic vbi moꝛtui ſunt?

Rem fratres dico breuem verbo: ſed magnam ꝛ non paruam merito. quam religioſis quibuſdam ſenioꝛibus narrantibus agnoui. Gothoꝛum nãqꝫ tempore matrona quedam fuit valde religioſa que ad eccleſiam ſanctoꝛuꝫ martyrum pꝛoceſſi ꝛ martiniani crebꝛo veniebat. Quadam die dũ ex moꝛe ad oꝛanduꝫ veniſſet. egrediens duos ſtantes ſub peregrino habitu monachos inuenit. Peregrinos credidit: dare eis aliq̃d elemoſine pꝛecepit. Sed priuſq̃ eius erogatoꝛ eis ad largiendam elemoſinam pꝛopinquaſſet aſtiterũt illi vicinius ꝛ dixerũt. Tu nos modo viſitas: nos te in die iudicij requiremus. ꝛ quicquid poſſumꝰ pꝛeſtabimus tibi. Quo dicto: ab oculis eius ablati ſunt. Territa illa ad oꝛandum rediit: ſeſeqꝫ in lachꝛymis pꝛolixius effudit. Et facta eſt poſt hec tanto inſtantioꝛ in pꝛece: quanto certioꝛ de pꝛomiſſione. Si autem iuxta pauli vocẽ eſt fides ſperandarum ſubſtantia rerum argumentum non apparentum: neqꝫ q̃ iam dicimus vt venturam vitam credatis: qꝛ ecce ip ſi qui in illa viuunt. humanis obtutí

bus viſibiliter preſentantur. Qđ enim videri pōt melius dicit́ ſciri ꝙ credi. Uēturā gͦ vitā nos dn̄s magis voluit ſcire ꝙ credere. quia eos quos inuiſibilit́ recepit. apđ ſe viuere nobis ēt viſibiliter oſtēdit. Hos gͦ fr̄s chariſſimi i cā vr̄i examinis quā cū diſtricto iudice hētis patronos facite: hos ī die tāti terroris illiꝰ defenſores adhibete. Certe ſi apud quēdā magnū iudicē cā q̄libꝫ vr̄a cēt die craſtina vētilāda: totus hodiernus dies ī cogitatiōe duceret́. Patronū vr̄a frnitas q̄reret. magiſq; p̄cibꝰ ageret: vt apđ tātū iudicē ſibi defenſor veniret. Ecce diſtrictꝰ iudex.ibs venturus ē. tāti illius angelorꝫ archāgelorūq; cōcilij terror adhibetur. In illo cōuentu cā nr̄a diſcutit́: & tn̄ nos patronos nō q̄rimꝰ mō q̄s tūc defenſores hēamus. Adſunt defenſores nr̄i ſci martyres: rogari volūt atq; vt ita dixerī q̄rūt vt q̄rant́. Hos ergo adiutores vr̄e orōnis q̄rite. hos protectores vr̄i reatꝰ inuenite. qꝛ ne punire peccatores debeat rogari vult. & ipe qui iudicat. Unde & tā lōgo tēpore cōminat́ irā. & tn̄ miſericordit́ expectat. Sic autē nos & mīa eius refouear: vt nullomō negligentes reddat. Sic peccata nr̄a pturbent: vt mēs in deſpatōēꝫ nō ꝓruat. Qꝛ & ſi p̄ſumētes metuimꝰ. & metuētes ſperamus: eternū regnū citiꝰ aduenturi ſumus. Per euꝫ q̄ viuit & regnat dš. cū patre in vnitate ſp̄s ſci per oīa ſecula ſeculorum. Amen.

Lectō ſci euāgelij ſcđꝫ lucā. Ca. vij

In illo tempore. Rogabat ieſum quidam phariſeus vt mā ducaret cū illo. Et ingreſſus domū phariſei diſcubuit. Et ecce mulier q̄ erat ī ciuitate peccatrix vt cognouit ꝙ accubuiſſet in domo phariſei attulit alabaſtrum vnguenti. & ſtās retro ſecus pedes eiꝰ. lachrymis cepit rigare pedes eius & capillis capitis ſui tergebat Et reliqua.

Omelia. xxxiij. ſci gre. pape hita ad populū ī baſilica btī clemētis.

Cogitāti mihi de marie penitētia: flere magis libet. ꝙ aliq̄d dicere. Cuiꝰ. n. vel ſaxeū pectus. ille huiꝰ peccatricis lachryme ad exemplū penitēdi nō emolliāt? Cōſiderauit nāq; quid fecit: & noluit moderari quid faceret. Sup cōuiuātes ingreſſa ē. nō iuſſa venit. iter epulas lachrymas obtulit. Dicite quo dolore ardet: q̄ flere iter epulas nō erubeſcit. Hāc xͦo quā lucas peccatricē mulierē ioānes mariā noīat. illā mariā eſſe credimus. de qua marcus ſeptem demonia eiecta fuiſſe teſtatur. Et quid p ſeptē demones. niſi vniuerſa vitia deſignant́? Quia. n. ſeptē diebus oē tēpus cōprehēdit́ recte ſeptenario numero vniūſitas figurat́. Septē. n. demonia maria habuit: q̄ vniuerſis vitijs plena fuit.

Sed ecce qꝛ turpitudinis ſue ma
culas aſpexit. lauanda ad fontem
mie cucurrit. conuiuantes nõ eru
buit Nam quia ſemetipſam gra
uiter erubeſcebat intus: nihil eſſe
credidit quod verecundaretur fo
ris. Quid igitur miramur fra
tres? Mariam venientem. an
dominum ſuſcipientem? Suſci
pientem dicam an trahentem. Di
cam melius. trahentem ⁊ ſuſcipiẽ
tem: qꝛ nimirum ipſe eam p̱ miam
traxit intus qui per manſuetudi
nem ſuſcepit foras. Sed iam tex
tum ſancti euangelij percurrentes
ipſum quoq; ordinem quo venerit
ſananda videamus. Attulit ala
baſtrum vnguenti: ⁊ ſtans retro
ſecus pedes domini ieſu. lachry
mis cepit rigare pedes eius: ⁊ ca
pillis capitis ſui tergebat ⁊ oſcula
batur pedes eius ⁊ vnguento vn
gebat. Liquet fratres q̃ illicitis
actibus prius mulier intenta. vn
guẽtũ ſibi ꝓ odore ſue carnis ad
hibuit. Qđ ergo ſibi turpit̃ exhibu
erat hoc iã deo laudabilit̃ offere
bat. Oculis terrena cõcupierat: ſ;
hos iã p̱ penitẽtiã cõterẽs flebat
Capillos ad ꝯpoſitionẽ vultus ex
hibuerat: ſ; iã capillis lachrymas
tergebat. Ore ſupba dixerat. ſ; pe
des dñi oſculãs. hoc i redẽptoris
ſui veſtigia figebat: Quot ergo in
ſe habuit oblectamẽta: tot in ſe in
uenit holocauſta. Cõuertit ad vir
tutũ numerũ: numerũ criminũ: vt
totũ ſeruiret deo in penitẽtia. quic
quid ex ſe deũ cõtẽpſerat in culpa
Sed hoc phariſeus intuẽs deſpi
cit: ⁊ nõ ſolũ veniẽtem peccatricẽ
mulierẽ. ſed etiã ſuſcipiẽtẽ dñm re
ꝓhendit. dicẽs intra ſe. Hic ſi eſſet
ꝓpha. ſciret vtiq; que ⁊ qualis eſt
mulier q̃ tangit eũ qꝛ peccatrix eſt.
Ecce phariſeus veracit̃ apud ſe ſu
pbus ⁊ fallacit̃ iuſtus egrã repre
hẽdit de egritudĩe: medicũ de ſub
uentiõe. qui ipſe quoq; de elatiõis
vulnere. ⁊ egrotabat ⁊ ignorabat
Inter duos ãt egros medicus ad
erat: ſed vnus eger i febre integrũ
ſenſu; tenebat alter vo in febre car
nis ⁊ ſenſu; p̱diderat mẽtis. Illa
quippe flebat qđ fecerat: phariſe⁹
aũt de falſa iuſticia çelatus. vi; ſue
i valitudinis exagerabat. In egri
tudine ergo ⁊ ſenſũ p̱diderat. qui
hoc ipm quoq; qđ a ſalute longe
eẽt ignorabat. Sed inter hec nos
gemitus cogit. quoſdã noſtri ordi
nis viros intueri. q̃ ſacerdotali offi
cio p̃diti. ſi quid fortaſſe iuſti exte
rius vel tenuit̃ egerint: protinus
ſubiectos deſpiciũt: ⁊ peccatores
quoſq; in plebe poſitos dedignan
tur. eiſq; compati culpas ſuas con
fitentibus nolũt: ac velut phariſei
more a peccatrice mulier̃ tangi de
ſpiciũt. Que profecto mulier ſi ad
phariſei pedes veniſſet nimirũ cal
cib⁹ repulſa diſcederet. In q̃nari
enim ſe alieno peccato crediderat.
ſed qꝛ hũc vere ſua iuſtitia non re

plebat. De alieno vulnere egrota-
bat Vñ neceſſe ſemꝑ ē vt cū pecca
tores q̄ſq₃ ↄſpicim⁹: nos metip̄os
pri⁹ i illoꝝ calamitate defleamus.
Qꝛ fortaſſe in ſimilib⁹ aut lapſi ſu-
m⁹ aut labi poſſum⁹. ſi lapſi nō ſu-
mus. Et ſi cēſura magiſterij debet
ſemꝑ virtute diſcipline vitia perſe
q̇: oportet tamen vt ſollicite diſcer
namus. quia diſtrictionem debe-
mus vitijs. compaſſionem nature
Si enim feriendus eſt peccator:
nutriendus eſt proximus. Cū ve-
ro iam per penitentiam percutit ip
ſe quod fecit. iam noſter proxim⁹
peccator non eſt. qꝛ cum dei ſe iuſti
ciam cōtra ſe dirigit. ⁊ hoc in ſe pu
nit. quod iuſticia diuina reprehen
dit. Sed iam iſte ſuperbus ⁊ arro
gans qua ſententia conuincatᷣ au
diamus. De duobus quippe ei de
bitorib⁹ paradigma opponitur. q̊
rum vnus minus. alius amplius
debet. vtrorumq₃ debito dimiſſo:
quis āpliꝰ largitorem debiti dili
gat interrogabat. Quibus verbis
protinuſ ille reſpōdit. Ille plus di
ligit cui plus dimittitᷣ. Qua in re
notādum. qꝛ dū ſua ſententia pha
riſeus conuincitur: quaſi freneti-
cus funem portat ex quo ligetur.
Enumerantᷣ ei bona peccatricis:
enumerantur mala falſi iuſti cū di
citur. Intraui in domū tuā: aquā
pedibus meis non dediſti. Hec āt
lachrymis rigauit pedes meos. ⁊
capillis ſuis terſit. Oſculum mihi

non dediſti: hec autem ex quo in-
traui nō ceſſauit oſculari pedeſ me
os. Oleo caput meum non vnxiſti
hec autem vnxit vnguento pedes
meos. Poſt enumerationem vero
ſub infertur ſententia. Propter
quod dico tibi. remittuntur ei pec-
cata multa: qꝛ dilexit multum.
Quid fratres mei eſſe dilectionē
credimus niſi ignem. Et quid cul
pam. niſi rubiginem. Unde nunc
dicitur. Remittuntur ei peccata
multa: qꝛ dilexit multum. Ac ſi ap
te diceretur. Incendit plene pecca
ti rubiginem. que ardet valde per
amoris ignem. Tanto namq₃ am
plius peccati rubigo conſumitur:
quanto peccatoris cor magno cha
ritatis igne concrematur. Ecce ea
que ad medicum venerat egra ſa-
nata eſt: ſed de ſalute eius adhuc
alij egrotant. Nam ſimul diſcum-
bentes conqueſti ſunt dicentes.
Quis ē hic qui etiā peccata dimit
tit. Sed celeſtis medicus egros
non reſpicit. quos etiam de medi-
camento fieri deteriores videt. ſed
eam quam ſanauerat per pietatis
ſue ſententiam confirmat dicens.
Fides tua te ſaluam fecit. vade in
pace. Fides ⁊ enim ſaluam fecit.
quia hoc quod petijt poſſe ſe acci-
pere non dubitauit. Sed ipſā
quoque ſpei certitudinem iam ab
illo acceperat: a quo per ſpem
etiam ſalutē querebat. In pace aūt
ire ꝑcipitᷣ: vt a veritatis itinere. in

uiā ſcādali nō deriuet. Unde ꝑ ça
chariā dr̄. Ad dirigendos pedes
nr̄os in viā pacis. Tūc enim greſ
ſus nr̄os in viā pacis dirigim᷒ qn̄
ꝑ illud actiōis iter ꝑgimus. ī quo
ab auctoris nr̄i grā non diſcorda-
mus. Hec frēs chariſſimi hiſtori-
ca expoſitione trāſcurrimus. nunc
ſi placet ea que dicta ſunt. myſtico
intellectu diſſeramus. Quē nāqꝫ
phariſeus de falſa iuſtitia p̄ſumēſ
niſi iudaicū populū quē peccatrix
mulier: ſꝫ ad veſtigia veniēs: ⁊ plo
rās. niſi cōuerſaꝫ gētilitatem deſi-
gnat? Que cū alabaſtro venit. vn
guentū fudit. retro ſecus pedes ſte
tit lachrymis pedes rigauit. capil
lis ſterſit. eoſdēqꝫ quos īfundebat
⁊ tergebat pedes. oſculari nō deſi
ſit. Nos g° nos illa mulier exp̄ſſit.
ſi toto corde ad deū p᷒ peccata re
deamus: ſi ei᷒ penitētie luctū imi-
temus. Quid nāqꝫ vnguento niſi
bonus odor opinōis exprimitur?
Unde ⁊ paulus dicit. xp̄i bonus
odor ſumus deo in oī loco. Si igi
tur recta opa agimus. qb᷒ opinio
nis bone odore eccleſiā reſpgam᷒
qd in dn̄i corpe. niſi vnguētū fun-
dimus: Sed ſecus pedes mulier
ſtetit. Cōtra pedes. n. dn̄i ſtetim᷒.
cū in peccatis poſiti. ei᷒ itineribus
renitebamur. Sed ſi ad verā peni
tētiā poſt peccata cōuertimur: iaꝫ
retro ſecus pedes ſtamus. qꝛ eius
veſtigia ſeqmur. q̄ ipugnabamus.
Lachrymis mulier pedes rigat.
Qd̓ nos quoqꝫ veraciter agimus
ſi quibuſlibet vltimis mēbris dn̄i.
per cōpaſſiōis affectū inclinemur
ſi ſcis eius in tribulatione cōpati-
mur. ſi eoꝝ triſtitiā. nr̄aꝫ putam᷒.
Capillis mulier pedes quos riga
uerat terſit. Capilli quippe ſupflu
unt corpori. Et quid habundans
ſubſtantia terrena. niſi capillorum
ſpeciem tenet. Que dum ad vſum
neceſſitatis ſuperfluit: etiam abſci
ſa non ſentit. Capillis ergo pedes
dn̄i tergimus: qn̄ ſcis eius quibuſ
ex charitate compatimur. etiam ex
his que nobis ſuperfluunt miſere
mur. quatenus ſic mens per com-
paſſionem doleat vt etiā larga ma
nus affectum doloris oſtendat.
Rigat nāqꝫ lachrymis redēpto-
ris pedes. ſed capillis ſuis non ter
git quicūqꝫ proximo dolori cōpa-
titur: ſed tamen eis ex ijs que ſibi
ſuperfluunt nō miſeretur. Plorat
⁊ non tergit. qui verba quidē do
loris tribuit: ſed non miniſtrādo
que deſunt. viꝫ doloris minime ab
ſcidit. Oſculatur mulier pedes
quos tergit. quod nos quoqꝫ ple-
ne agimus: ſi ſtudioſe diligimus
quos ex largitate continemus.
Ne grauis nobis ſit neceſſitas ꝓ
ximi. ne ipſa eius in digentia que
ſubſtentatur. fiat oneroſa. Et cum
manus neceſſaria tribuit animus
a dilectione non torpeſcat. Poteſt
quoqꝫ per pedes ipſum myſteriū
incarnationis eius intelligi. quo

diuinitas terram tetigit. qꝛ carnē ſumpſit. Uerbum enim caro factū eſt: ⁊ habitauit in nobis. Oſculamur igitur redemptoris pedes: cum myſterium incarnationis ei⁹ ex toto corde diligimus. Unguento pedes vngimus: cum ipſam humanitatis eius potentiā. ſacri eloquij bona opinione predicamus. Sed hoc phariſeus vidit. ⁊ inuidet: quia cum iudaicus populus gentilitatem deum perdicare conſpicit: ſua apud ſe malitia tabeſcit. Sed redemptor noſter facta hui⁹ mulieris quaſi bona gentilitatis enumerat: vt in quo malo iaceat agnoſcat. Nam ſic phariſeus retunditur. vt per eum ſicut diximus perfidus ille populus oſtendat. Intraui in domum tuam. aquam pedibus meis non dediſti. Hec autem lachrymis rigauit pedes meos. Aqua quippe extra nos eſt: lachrymarum humor intra nos. Quia videlicet infidelis ille populus nec ea que extra ſe erāt. vnquā pro domino tribuit. Cōuerſa autē gentilitas pro eo non ſolum rerū ſubſtantiam. ſed etiam ſanguinem fudit. Oſculum mihi non dediſti. hec autem ex quo intrauit non ceſſauit oſculari pedes meos. Oſculū quippe dilectionis eſt ſignum. Et infidelis ille populus deo oſculū non dedit: qꝛ ex charitate eū amare noluit. cui ex timore ſeruiuit. Uocata autem gentilitas. redemptoris ſui veſtigia oſculari non ceſſat: qꝛ in eius continuo amore ſuſpirat. Unde ⁊ ſponſe voce de eodem redemptore noſtro in cāticis canticorum dicitur. Oſculetur me oſculo oris ſui. Oſculum recte cōditoris ſui deſiderat. qui ſe ei obſequi per amorē parat. Oleo caput meum non vnxiſti. Si pedes domini myſteriū incarnationis ei⁹ accipimus: congrue per caput illi⁹ ipſa diuinitas deſignatur. Unde ⁊ per paulum dicitur. Caput xp̄i deus. In deo quippe ⁊ non in ſe. quaſi in homine credere iudaicus populus fatebatur. Sed phariſeo dicitur. Oleo caput meum non vnxiſti: quia ipſam quoqꝫ diuinitatis potentiam in qua ſe iudaicus populus credere ſpopōdit. digna laude predicare neglexit. Hec autem vnguento. vnxit pedes meos. Quia dum incarnationis eius myſterium gentilitas credidit: ſumma laude etiam eius ima predicauit. Sed iā redemptor noſter enumerata bona concludit: cum p ſententiam ſubditur. Propter quod dico tibi. Remittuntur ei peccata multa: quoniam dilexit multum. Ac ſi aperte dicat. Et ſi durum eſt valde quod coquitur: habundat tamen amoris ignis. quo etiā dura conſumantur. Libet inter hec conſideratione tāte pietatis intueri peccatricis mulieris opera: ſed penitentis. qua eſtimatione veri

tas apud ſe ſeruat. que eius aduer
ſario ſub tanta diſtributione enu-
merat. Ad phariſei prandium do
minus diſcumbebat ſed apud mu
lierem penitentem mentis epulis
delectabatur. Apud phariſeum
paſcebatur foras. apud peccatri-
cem mulierem ſed conuerſam pa-
ſcebatur intus. Unde ⁊ ei ſancta
eccleſia queꝫ ſub ſpecie ij nulli cer
uorum querit. in canticis cantico-
rum dicit. Indica mihi quem dili
git anima mea. vbi paſcas. vbi cu
bes in meridie. Ceruorum quip
pe ij nullus dominus appellatur.
iuxta aſſumptam carnem filius
antiquorum patrum. feruentus ve
ro in meridie eſtus ardeſcit. ⁊ vm
broſum locuꝫ ij nulluſ querit. quē
eſtus igne non afficit. In illis er
go cordibus dominus requieſcit:
que amor preſentis ſeculi non in
cendit. que carnis deſideria non
exurunt. que incenſa ſuis anxie-
tatibus in huius mundi concupi-
ſcentijs non areſcunt. Unde ⁊
marie dicitur. Spiritus ſanctus
ſuperueniet in te: ⁊ virtus altiſſi-
mi obumbrabit tibi. Umbroſa
ergo loca in meridie ad paſcen-
dos ij nullos inquirit. quia talibꝰ
mentibus dominus paſcitur. que
per reſpectum gratie temperate
corporalibus deſiderijs non vrū
tur. Plus ergo penitens mulier
paſcebat intus: ꝙ phariſeus do-
minum paſcebat foris. Quia ab
eſtu carnalium quaſi ij nullus re-
demptor noſter ad illius mentem
fugerat; quam poſt vitiorum ignē
penitentie vmbra temperabat.

Penſemus quante pietatis fuit
peccatricem mulierem non ſolum
ad ſe admittere: ſed etiam ad tan
gendum pedes prebere. Conſi-
deremus gratiam miſericordis
dei: ⁊ dānemus multitudineꝫ rea
tus noſtri. Ecce peccatores videt
⁊ ſuſtinet: reſiſtentes tolerat. ⁊ ta
men quotidie per euangelium de
menter vocat. Confeſſionem no-
ſtram ex puro corde deſiderat. ⁊
cuncta que deliquimus relaxat.
Temperauit enim nobis diſtri-
ctionem legis miſericordia redē-
ptoris. In illa quippe ſcriptum
eſt. Si quis hoc vel illud fece-
rit. morte moriatur. Si quis
hec vel illa fecerit. lapidibꝰ obrua
tur. Apparuit conditor: ⁊ redem
ptor noſter. ⁊ confeſſioni peccato
rum non penam: ſed vitaꝫ promit
tit. Mulierem ſua vulnera confi
tentem ſuſcipit: ⁊ ſanam dimittit.
Inflexit ergo ad miſericordiam
duritiam legis: quia quos iuſte il
la dānat. ipſe miſericorditer libe-
rat. Unde bene quoqꝫ in lege ſcri
ptuꝫ eſt. Quia manus moyſi erāt
graues; ſumentes igitur lapidem
poſuerunt ſub ter in quo ſedit.
Aaron autem ⁊ hur. ſuſtentabāt
manus eius. Moyſes quippe ſe-
dit in lapide: cum lex requieuit in
eccleſia. Sꝫ hec eadeꝫ lex manus
graues habuit: ꝙ peccātes quoſ

q̃ nõ miſicordit̃ ꝑtulit. ſ3 ſeuera diſtrictõe ꝑcuſſit. Aarõ ꝯo mons fortitudinis. hur ãt ignis iterptat̃ Quẽ itaq3 iſte mons fortitudinis ſignat. niſi redẽptorẽ nr̃um? De q̃ ꝑ ꝓpħa3 dr̃. Erit i nouiſſimis die b⁹ ꝑparatus mons domus dñi in ꝟtice mõtiũ. Aut q̃s ꝑ ignem niſi ſp̃s ſc̃s ſignat̃? De quo idẽ ſaluator ait. Ignẽ veni mittere in terrã. Aarõ ergo ⁊ hur graues manus moyſi ſuſtinẽt. atq3 ſubſtẽtãdo leuiores reddũt: q2 mediator dei ⁊ hoĩu3 cũ igne ſci ſp̃s veniẽs. mãdata legis grauia. q̃ dũ carnaliter tenerẽtur: portari nõ poterãt. tolerabilia nob̃ ꝑ ſpiritalẽ itelligẽtia3 oſtẽdit. Quaſi. n. manus moyſi leues reddidit. q̃ põdus mãdatorũ legis ad virtutẽ cõfeſſiõis retorſit. Hanc nobis ſequentis miſericordie promiſſionem innuit. cum dicit. Nolo mortem peccatoris. ſed vt conuertatur ⁊ viuat. Hinc iterum ſub iude ſpecie. vnicuiq3 peccatrici anime dicitur. Si dereliquerit vir vxorem ſuam. ⁊ illa recedens duxerit virum alium. nunquid reuertetur ad eũ vltra. Nunquid nõ polluta ⁊ ꝯtaminata erit mulier illa. Tu ãt fornicata es cu3 amatorib⁹ mult̃. tñ reũtere ad me dicit. dñs. Ecce paradigma turpiſ mulieris dedit oſtẽdit ꝙ poſt turpitudinẽ recipi nõ poſſet. S3 hoc ip3 paradigma qđ ꝑtulit. ꝑ mia3 vincit. cũ dic̃ fornicãtẽ mulierẽ recipi nequaꝙ̃ poſſe ⁊ tñ ipẽ fornicãtẽ aiam vt recipiat expectat. Pẽſate fr̃es põdus tãte pietat̃. Dic̃ qđ fieri nõ põt ⁊ demõſtrat q2 hoc ipſe facere ẽt ꝯtra morẽ põt. Ecce vocat: ⁊ q̃s inq̇natos denũciat. hos ẽt ãplecti q̇rit. a qb⁹ ſe deſertũ eſſe conq̇rit. Nemo g⁰ tãte mie tẽpus ꝑdat. Nemo oblata remedia diuine pietat̃ abijciat. ecce ſuꝑna benignitas adulus nos reuocat: ⁊ nobis reũtẽtib⁹ ſue clemẽtie ſinũ parat. Vnuſq̇ſq3 igit̃ pẽſet quo debito ꝯſtringit̃. qñ illũ deuſ expectat nec cõtẽptus exaſperat. Qui g⁰ ꝑmanere noluit. redeat. Qui ſtare cõtẽpſit. ſaltim poſt lapſu3 ſurgat. Quãto nos amore cõditor nr̃ expectat: iſinuat cũ ꝑ ꝓpħa3 dic̃. Attẽdi ⁊ aſcultaui. nemo qđ bonu3 ẽ loq̇tur. nõ ẽ q̃ recogitet i corde ſuo ⁊ dicat q̃d feci. Certe nũquã cogitare mala debuim⁹: ſ3 q2 cogitare recta nolum⁹: ecce adhuc ſuſtinet vt recogitem⁹. Videte tãte pietat̃ ſinũ: ꝯſiderate aptũ vob̃ mie gremiũ. q̃s mala cogitatio ꝑdidit. bñ recogitãtes q̇rit. Ad vos igit̃ fr̃s chariſſimi. ad vos oculos m̃tis reducite ⁊ penitẽtẽ peccatricẽ mulierẽ i exẽplũ imitatiõis vobis anteferte. Queq3 vobis in adoleſcẽtia, queq3 i iuuẽtute deliq̇ſſe meminiſtis deflecte. Mox. opunq3 macula lachrymiſ tergite. Amem⁹ iã redẽptoris noſtri veſtigia. que peccando contempſimus. Ecce vt di

xĩmus ad recipiendum nos ſinus
ſuperne pietatis aperitur: nec ma
culoſa in nobis vita contẽnitur.
Per hoc ꝙ inquinationez noſtrã
perhorreſcimus: interne iam mũ
ditie concordamus. Reuertẽtes
nos dominus clementer amplecti
tur: qꝛ peccatorum vita ei eſſe indi
gna iam non poteſt que fletibus
lauatur. In xp̃o ieſu domino no/
ſtro. qui viuit ꝛ regnat cum patre
deus in unitate ſpiritus ſancti per
omnia ſecula ſeculorum. Amen.
Lectio ſancti euangelij ſecunduz
lucam. Capitulo. xv.

IN illo tẽpore. Acceſſerũt
ad ieſum publicani ꝛ pec/
catores vt audirent illuz.
Et murmurabant phariſei ꝛ ſcri
be dicentes. Quia hic peccatores
recipit ꝛ mãducat cũ illis. ꝛ reliq̃.

Omelia. xxxiiij. habita ad po/
pulum in baſilica ſanctorum ioan
nis ꝛ pauli.

Eſtiuum tempus qđ cor
pori meo valde contrari/
um eſt loqui me de expo/
ſitione euangelij lõga mora inter
ueniente prohibuit ſed non quia
lingua tacuit ardere intus anim⁹
ceſſauit. Hoc ꝛ enim dico quod
apud ſe vnuſquiſq; veſtrum co/
gnoſcit. Plerumq; charitas qui/
buſdam occupationibus prepedi
ta: ꝛ integra flagrat in corde ꝛ ta/
men non monſtratur in opere.
Quia ꝛ ſol cum nube tegitur. nõ
videtur in terra ꝛ tamen ardet in
celo. Sic ſic eẽ occupata charitaſ
ſolet. ꝛ intus vim ſui ardoris exu/
rit ꝛ foris flãmas operis nõ oſtẽ/
dit. Sed quia nunc ad loquendũ
tempus rediit veſtra ſtudia me ac
cendunt. vt mihi tanto amplius lo
qui libeat quanto hec veſtre men
tes deſiderabilius expectant. Au
diſtis in lectione euangelica fra/
tres chariſſimi. quia peccatores ꝛ
publicani acceſſerunt ad redẽpto
rem noſtrum. ꝛ non ſolum ad col
loquendum ſed etiã ad conueſcen
dum recepti ſunt. Quod videntes
phariſei dedignati ſunt. Ex qua
re colligitur quia vera iuſticia cõ/
paſſionez habet. falſa vero iuſticia
dedignationez. Quamuis ꝛ iuſti
ſoleãt recte peccatoribus indigna
ri. Sed aliud ẽ quod agitur typo
ſuperbie aliud qđ zelo diſcipline.
Dedignatur ꝛ enim ſed non dedi
gnantes. deſperant ſed non deſpe
rãtes. ꝑſecutionẽ cõmouẽt ſ; amã
tes. Quia ꝛ ſi foris increpationes
per diſciplinam exaggerãt. intus
tamen dulcedinem per charitatez
ſeruant. Preponunt ſibi in animo
ipſos plerumq; quos corrigunt
meliores eſtimant eos quoq; q̃s
iudicant. Quod videlicet agentes
ꝛ per diſciplinam ſubditos. ꝛ per
humilitatem cuſtodiunt ſemetip/
ſos. At contra hi qui de falſa iuſti
cia ſuperbire ſolent ceteros quoſ/
q; deſpiciunt. nulla infirmãtibus

miſericordia condeſcendūt. ⁊ quo
ſe peccatores eſſe non credunt eo
deteriuſ peccatores fiunt. De quo
rum profecto numero phariſei ex
titerant. qui diiudicantes dominū
quod peccatores ſuſciperet. arēti
corde ipſum fontem miſericordie
reprehendebāt. Sed quia egri
erant. ita vt egros ſe eſſe neſcirent
quatinus quod erant agnoſcerēt
Celeſtis eos medicus blandis fo
mentis curat. benignum paradig
ma obijcit. ⁊ in eorum corde vul
neris tumorem premit. Ait nāqꝫ
Quis ex vobis homo qui habet
centum oues. ⁊ ſi perdiderit vnā
ex illiſ nonne dimittit nonaginta
nouem in deſerto. ⁊ vadit ad illā
que perdiderat. Ecce mira diſpē
ſatione pietatis ſimilitudinem ve
ritas dedit. quam ⁊ in ſe ipſe ho
mo recognoſceret. ⁊ tamē hec ſpe
cialiter ad ipſum auctorem homi
num pertineret. Quia enim cente
narius perfectus eſt numerus ip
ſe centum oues habuit cum ſan
ctorum angelorum ſubſtantiam
⁊ hominum creauit. Sed vna
ouis tunc perijt. qn̄ peccādo hō
paſcua vite dereliquit. Dimiſit āt
nonaginta nouem oues in deſer
to. quia illos ſummos angeloruꝫ
choros reliquit in celo. Cur auteꝫ
celum deſertum vocatur. niſi qđ
deſertum dicitur derelictum. tunc
autem celum homo deſeruit. cum
peccauit. In deſerto autem no na
ginta nouem oues remanſerant.
quando in terra dominus vnam
querebat. Quia rationalis crea
ture numerus angelorum videli
cet ⁊ hominum qui ad videndum
deum conditus fuerat pereunte
homine erat imminutus. ⁊ vt per
fecte ſumma ouium integraretur
in celo. homo perditus querebatᷣ
in terra. Nam quod hic euange
liſta dicit in deſerto. alius dicit in
montibus vt ſignificet in excelſis
Quia nimirum oues que nō peri
erant in ſublimibus ſtabant. Et
cum inuenerit ouem imponit in
humeros ſuos gaudens. Ouem
in humeros ſuos impoſuit. quia
humanam naturam ſuſcipiens
peccata noſtra ipſe portauit. Et ve
niens domum conuocat amicos
⁊ vicinos dicēs illis. Congratula
mini mihi quia inueni oēꝫ q̄ peri
erat. Inuenta oue domum redijt
quia paſtor noſter reparato ho
mine ad regnum celeſte redijt.
Ibi amicos ⁊ vicinos inuenit il
los videlicet angelorum choros
qui amici eius ſunt. quia volunta
tem eius continue in ſua ſtabilita
te cuſtodiunt. Vicini quoque eiꝰ
ſunt. quia claritate viſionis illius
ſua aſſiduitate perfruūtur. Et no
tandum quod non dicit congra
tulamini inuente oui ſed mihi qꝛ
videlicet eius eſt gaudium vita
noſtra. Et cum nos ad celum re
ducimur ſolēnitatē leticie illiꝰ ipſe

mus. Dico vobis q̄d ita gaudiū erit in celo super vno peccatore penitentiā agente. quā supra nonaginta nouē iustis qui nō indigēt penitentia. Considerandū nobis ē fratres charissimi cur dn̄s plus de conuersis peccatorib⁹ quā de stantib⁹ iustis in celo gaudiū esse fateatur. nisi hoc q̄d ipsi p̄ quotidianū visionis experimentū nouimus. Q2 plerūq3 ij qui nullis se oppressos peccatorū molibus sciunt. Stant quidē in via iustitie nulla illicita ppetrant. sed tamē ad celestē patriā anxie nō anhelant. tantoq3 sibi in rebus licitis vsum prebent. quāto se perpetrasse in licita nulla meminerūt. Et plerūq3 pigri remanēt ad exercēdam bona precipua. Q2 valde sibi securi sunt q̄d nulla cōmiserint mala grauiora. At cōtra nōnunquam ij qui se aliqua illicita egisse meminerunt. ex ipso dolore conspicit inardescūt ad amorem dei seseq3 in magnis virtutibus exercent. Cuncta ardua 7 difficilia sancti certaminis appetunt. Oīa mundi derelinquunt honores fugiunt. acceptis cōtumelijs letantur. flagrāt desiderio. ad celestem patriā anhelant. Et q2 se errasse a deo cōsiderāt damna p̄cedētia lucris sequētibus recompensant. Maius ergo de peccatore cōuerso quā de stante iusto gaudiū fit in celo. Q2 7 dux in p̄lio plus eū militē diligit. qui post fugā reuersus hostē fortiter premit. quā illū qui nūquā terga prebuit 7 nūquā aliquid fortiter fecit Sic agricola illā amplius terrā amat que post spinas vberes fruges pfert. quā eā que nūquam spinas habuit 7 nunq̄ fertilē messem pducit. S3 inter hec sciendū est q2 sunt plerīq3 iusti i quorū vita tm̄ est gaudiū. vt eis quelibet peccatorū penitentia preponi nullatenus possit. Nā multi 7 nullorum sibi malorū sunt cōscij. 7 tamē in tanti ardoris afflictiōe se exercet. ac si peccatis oībus angustētur. Cuncta ēt licita respuūt ad 9spectū mundi isublimiter accingūtur. licere sibi sublimiter nolūt oē quodlibet. bona sibi amputant ēt concessa. contemnunt visibilia. inuisibilib⁹ accendūt. Lamētis gaudent. in cuncti semetipsos humiliant. Et sicut nonnulli peccata operum. sic ipsi peccata cogitationū deplorant. Quid itaq3 istos nisi 7 iustos dixerim 7 penitentes. q̄ se 7 in penitētia de peccato cogitationis humiliant 7 recti sp in ope perseuerant. Hinc ergo colligendum est quantum deo gaudium facit quando humiliter plangit iustus. sic facit in celo gaudium quando hoc quod malum gessit per penitentiam damnat iniustus Sequitur. Aut que mulier habens dragmas decem. 7 si perde-

derit dragmam vnam nonne accendit lucernā ⁊ euertit domum ⁊ querit diligenter donec inueniet dragmam qua perdiderat. Qui signatꝰ per paſtorē ⁊ ꝑ mulierē. ipſe enim deus ⁊ dei ſapientia ⁊ quia vna imago exprimitur in dragma: mulier dragmam perdidit quando homo qui ad imaginem dei conditus fuerat: peccando a ſimilitudine ſui conditoris receſſit. ſed accendit mulier lucernam. quia dei ſapientia apparuit in humanitate. lucerna quippe lumē i teſta ē lumē ꝟo i teſta ē diuinitas i carne ꝺ q̄ videlicet teſta ſui corporis dic ipſa ſapiētia exaurit velut teſta virtꝰ mea. qꝛ enim teſta in igne ſolidatur eius virtus ſicut teſta exaurit. quia aſſumptam carnem ad reſurrectionis gloriā ex paſſionis tribulatione roborauit. Accenſa autem lucerna euertit domum: quia mox vt eius diuinitas per carnem claruit. omnis ſe noſtra conſcientia concuſſit. domus nāque euertitur: cum cōſideratione reatus ſui conſcientia perturbatur qui euerſionis ſermo nō diſcrepat ab eo quod in alijs codicibus legiꝰ: emundat quia nimirum parua mens ſi nō prius per timorem euertitur. ab aſſuetis vicijs non emundatur. euerſa ergo domo inuenitur dragma quia cū perturbatur conſcientia hominis reparatur in homine ſimilitudo conditoris: ⁊ cūm inuenerit conuocat amicas ⁊ vicinas dicens. congratulamini mihi quia inueni dragmā quā ꝑdiderā. Que amice vel vicine. niſi ille ꝑtātes celeſtes ſūt iā ſupiꝰ dicte. Que tāto ſupne ſapiētie iuxte ſunt. q̄to ei ꝑ graꝫ ꝯtīue viſiōis appropiquāt. Sꝫ inter hec nequāq̄ relīquere negligēter debemꝰ. Cur iſta mulier ꝑ quā dei ſapiā figuratꝰ decem dragmas habuiſſe ꝑhibetꝰ. Ex quibꝰ vnā ꝑdidit quā cū quereret īuenit. Angelorū quippe ⁊ hominū nāꝫ ad cognoſcendū ſe dñs cōdidit. quā dū cōſiſtere ad eternitatē voluit eā ꝓculdubio ad ſimilitudinē ſuā creauit. Decē ꝟo dragmas hūit mulier. qꝛ nouē ſūt ordines angelorū. Sꝫ vt cōpleretꝰ electorū numerus. hō decimꝰ eſt creatꝰ. Qꝛ ꝯditori ſuo ne poſt culpā ꝑijt. qꝛ hūc eterna ſapiā ꝑ carnē miraculis coruſcās ex lumine teſter eparauit.

Quem vero ordines angelorum eſſe diximus. qꝛ videlicet eſſe teſtāte ſacro eloquio ſcimns. Angelos. archāgelos. virtutes potetates. principatus. dominationes. thronos. cherubin. atque ſeraphin. Eſſē nāque angelos ⁊ archangelos. pene omnes ſacri eloquij pagine teſtantur. Cherubin vero atque ſeraphin ſp. vt notū ē libri prophetarum loquntur. Quatu-

or quoq; ordinum noīa paulus apoſtoluſ ad ephe' os enumerat dicēs. Sup oēz principatū ꝛ poteſtatū ꝛ virtutē ꝛ dominationez Qui rurſus ad coloſſenſes ſcribens ait Siue throni. ſiue dominationes. ſiue principatus. ſiue poteſtates. dominatiōes ꝟo principat' ac ptāates iā ad ephesios loquēs deſcripſerat. Sz ea quoque coloſſenſibus dicturus premiſit thronos. de quib' nec dum quicquā fuerat ephesijs locutus Dū ergo illis quatuor q̄ ad ephesios dixit: idē principatibus poteſtatib' virtutibus atq; dominationib' coniungunt thzoni. Quique ſunt ordines qui ſpecialiter exprimunt quib' dū angeli ꝛ arcangeli cherubin atq; ſeraphin adiuncta ſunt. pculdubio nouem eē angeloꝝ ordines īueniunt.
Vñ ꝛ ipſi angelo qui prim' ē cōdituſ. p ,pphetā dr̄. Tu ſignaculuz ſimilitudinis plen' ſapientia. ꝛ pfect' decore in delicijs paradiſi fuiſti. Or notādu3 qd nō ad ſimilitudinē dei factus eſt ſignaculū ſimilitudinis dr̄. Ut quo in eo ſubtilior eſt natura. eo in illo imago dei ſubtilius inſinuet expreſſa Quo in loco mox ſubdit Ois lapis pciosus. operimtu3 tuū Sardius. topazius. ꝛ iaſpis. criſolituſ onix. ꝛ berillus. ſaphirus. carbunculus. ꝛ ſmaragdus. Ecce nouē dixius noīa lapidū. qr pfecto ſunt nouē ordines angelorū.
Quib' nimirū ordinib' ille primus angelorū iō ornat' ꝛ opertus extitit. qr dū cuntis angeloꝝ agminib' platus ē ex eorū cōparatiōe clarior fuit. Sz cur iſtos pſiſtentiū angelorū choros enumerādo pſtrinxim'. ſiñ eoꝝ q̄q; myſteria ſubtilit̄ exp̄mam'. Greca ꝛ. n. lingua angeli nūcij. arcangeli vero ſūmi nūcij vocāt. Sciendū quoq; qd angeloꝝ vocabulu3 nomē eſt officij nō nature.
Nā ſci illi celeſtis patrie ſpūs ſp quidē ſunt ſps ſed ſp vocari angeli nequaq̄' pnt. Qr tūc ſolū ſūt angeli cū p eos aliq̄ nunciāt. Vñ ꝛ p pſalmiſtā dr̄. Qui facit angelos ſuos ſpirit'. Ac ſi patēter dicat. Qui eos q̄s ſp h3 ſps. ēt cū voluerit āgelos fac. ijāt q̄ minima nunciāt āgeli q̄ ꝟo ſūma āñūciāt archāgeli vocant. Hic ē. n. q ad mariam virginē non quilibet angelus ſed Gabriel archāgelus mittitur. Ad hoc quippe myniſteriu3 ſummum angelu3 venire dignu3 fuerat. q̄ ſummu3 oīu3 nunciabat Qui idcirco etiam priuatis nominibus cenſentur. vt ſignetur per vocabula etiam in operatione q̄d valeant. Neque enim in illa ſancta ciuitate quam de viſione omnipotentis dei plena ſcientia perficitur idcirco propia nomina ſortiuntur Ut eorum perſone ſine nominibus ſcire non

poſſent. Sed cũ ad nos aliquid
miniſtraturi veniũt apud nos &
noĩa a miniſterijs trahunt.
Ichael nãq; virtus dei.
Gabriel autem fortitudo
dei. Raphael vero dicit
medicina dei. Et quotiens mire
virtutis aliquid agitur. michael
mitti perhibetur: vt ex ipſo actu &
noĩe detur intelligi quia nullus
põt facere qd facere preualet deꝰ
Unde & ille antiquus hoſtis qui
eẽ deo per ſuperbiã ſimilis concu
piuit dicens. In celũ conſcendã
ſuper aſtra celi exaltabo ſolium
meum. ſedebo in monte teſtamen
ti in lateribꝰ aquilonis. Aſcendã
ſuper altitudinem nubium. ſimi-
lis ero altiſſimo. Dum in fine mũ-
di in ſua virtute relinquetr: extre
mo ſupplicio pimẽdus cũ micha
ele archangelo pliaturus eẽ phi-
betr. Sicut p iohẽm dr. Factũ ẽ
pliũ i celo cũ michaele archãge-
lo. Ut q ſe ad di ſimilitudinẽ ſup
bus extulerat. per michaelẽ pem
ptus diſcat qd ad dei ſimilitudi-
nẽ p ſupbiã nullus exurgat. Ad
mariã quoq; gabriel mittitur. qui
dei fortitudo nominatur. Illum
q ppe nũciare veniebat. qui ad de
bellandas aereas ptãtes humilis
apparere dignatꝰ ẽ De quo p pſal
miſtã dr. Tollite portas princi-
pes vr̃as. & eleuamini porte eter-
nales. & i troibit rex glorie. Quis
eſt iſte rex glorie. Dñs fortis & po
tens. dñs potẽs in plio. Et rurſuz
Dñs virtutũ ipe eſt rex glorie.
Per dei ergo fortitudinẽ nunciã
dus erat. qui virtutũ dñs potẽs i
plio ad debellãdas ptãtes aereas
veniebat.
Aphael quoq; interpre-
tatr vt diximus medicĩa dei
Qr videlicet dũ tobie ocu
los qſi p officiũ curatiõis tetigit
cecitatis eiꝰ tenebras terſit. Qui
ergo ad curandũ mittitr. dignum
videlicet fuit vt dei medicina vo-
caretr. Sz qr angelorũ noĩa inter
pretando pſtrinximus. nũc ſuper
eſt vt ipſa officiorũ vocabula bre
uiter exequamur. Uirtutes & .n.
vocantr illi nimirũ ſps. p quos ſi-
gna & miracula frequentiꝰ fiunt
Ptãtes ẽt vocantr ij. qui hoc po-
tentiꝰ ceteris i ſuo ordine pcepere
vt eorũ ditioni virtutes aduerſe
ſe ſubiecte ſint. Quorũ ptãte r̃fre
nentur. ne corda hoĩuz tm̃ tẽtare
pualeant qtũ volũt. Principatus
ẽt vocantr. qui ipſis quoq; bonis
angelorũ ſpirit. bꝰ. qui ſubiectt ali-
is dũ queque ſr agẽda diſponũt
eis ad explenda diuina miniſte-
ria principantr Dominatiões aũt
vocantr. qui ẽt ptãtes principatu
um diſſimilitudine alta tranſcen-
dunt. Nã principari ẽ inter reliqſ
priorẽ exiſtere. Dominari vero ẽ
ẽt ſubiectos quoſq; poſſidere. Ea
ergo angelorũ agmina que mira
potẽtia pminẽt. p eo q eis cetera

ad obediendū ſubiecta ſunt domi
nationes vocant̄. throni quoqȝ
illa agmina ſunt vocata quib⁹ ad
exercēda iudicia ſp̲ de⁹ oīpotens
p̄ſidet. qꝛ thronos latino eloquio
ſedes dicim⁹. throni dei dicti ſūt
hi qui tāta diuinitatꝭ grā replent̄
vt velut in eis dn̄s ſedeat. ꝛ p̲ eos
iudicia decernat. Vn̄ ꝛ p̲ pſalmi-
ſtā dr̄. Sedes ſup̲ thronū qui
iudicas equitatē. Cherubin quo-
qȝ plenitudo ſciētie dr̄. Et ſublimi
ora illa agmina idcirco cherubin
dicta ſunt. qꝛ tanto p̲fectiori ſcien
tia plena ſūt q̄to charitatē dei vi
cinius cōtemplant̄. vt ſecūdū cre
ature modū eo plene oīa ſciant q̄
viſiōi cōditori ſui p̲ meritū digni
tatis appropinquāt. Seraphin
ēt vocant̄ illa ſcōꝝ ſpirituū agmi
na. que ex ſingulari ꝓpinquitate
cōditoris ſui icomparabili ardēt
amore. Seraphin nāqȝ ardentes
vel incēdētes vocant̄. Que quia
ita deo cōiuncta ſūt vt inter hec ꝛ
deū nulli eiꝰ ſp̄s interſint. tanto
magis ardent q̄to hūc vicinius
vident. Quorū ꝓfecto flamma
amor ē. qꝛ quo ſubtilius clarita-
tē diuinitatis ei⁹ aſpiciūt. eo vali
dius i ei⁹ amore flāmeſcunt. Sȝ
quid ꝓdeſt nos de angelicis ſpiri
tib⁹ iſta p̲ſtringere. ſi nō ſtudea-
mus hec ēt ad nr̄os ꝓfect⁹ con-
grua cōſideratiōe deriuare. Qꝛ
enim ſup̲na illa ciuitas ex ange
lis ꝛ hoib⁹ ꝯſtat. ad quā tot credi
mus hoīes aſcēdere q̄t illic conti
git electos angelos remanſiſſe. ſic̄
ſcriptū ē. Statuit terminos gen-
tiū ſecundū numerū angelorū di
debem⁹ ꝛ nos aliquid ex illis di
ſtinctiōib⁹ ſup̲noꝝ ciuiū ad vſuȝ
nr̄e cōuerſatiōis trahere. noſqȝ ip
ſos ad incremēta virtutū bonis
inflāmare. Qꝛ .n. tanta illuc aſcen
ſura credit̄ multitudo hoīuȝ q̄ta
multitudo remāſit angelorū. ſup̲
eſt vt ipſi quoqȝ hoīes qui ad ce-
leſtē patriā redeūt ex eis agmini
bus aliquid illuc reuertētes imi-
tent̄. Diſtincte nāqȝ ꝯuerſatiōis
Ait enim. Dico aũt vobis qꝺ nemo virorũ illoꝝ qui vocati ſũt guſtabũt cenã meã. Ecce vocat p ſe: vocat p angeloſ: vocat p pr̃es: vocat per prophetas: vocat per apoſtolos: vocat p paſtores: vocat ẽt per nos: vocat plerũqꝫ per miracula: vocat plerumqꝫ p flagella: vocat aliquãdo p mũdi huius pſpera: vocat aliquãdo p aduerſa. Nemo cõtẽnat ne dum vocatus excuſat cũ voluerit intrare nõ valeat. Audite quid ſapiẽtia per ſalomonẽ dicat. Tũc inuocabũt me ⁊ nõ exaudiã: mane cõſurgent ⁊ nõ inueniẽt me. Hinc ẽ qꝺ fatue virgines tarde venientes clamãt: dñe dñe aperi nobis. Sꝫ iã tunc aditũ querentibꝰ dicit. Amẽ dico vobis neſcio vos. Quid inter hec fratres chariſſimi niſi reliquere oĩa debemus. curas mũdi poſtponere ſolis deſiderijs eternis inhiare. ſꝫ hec paucis data ſunt. Admonere vos volo vt relinquatis oĩa ſed non preſumo. ſi ergo cuncta mundi relinquere nõ poteſtiſ ſic tenete que huius mundi ſunt vt tamẽ p ea nõ teneamini in mũdo. vt terrena res poſſideat non poſſideat. vt ſub mentis veſtre ſit dñio qꝺ habetiſ. ne ſi mens veſtra terrenarũ rerũ amore vincit a rebus ſuis magis ipa poſſideat. ſit ergo res tpalis i vſu eterna i deſiderio. ſit res tpalis i itiere ꝺſideret eterna i pueñtõe qſi ex latere reſpiciat qcqd ib mũdo agit. Aũt nos ãt tẽdãt mẽtis oculorũ tota itẽtiõe illa ꝯſpiciũt ad q̃ pueñiemꝰ extirpent fũditꝰ vitia nõ ſolũ ab actu opis ſꝫ ẽt a cogitatione cordis euulſa. Nõ vos voluptas carnis. nõ ſolicitudo curioſitatis nõ eſtus ambitiõis. a dominica cena ꝓpediat ſꝫ ipſa quoqꝫ honeſta q̃ in mũdo agimus quaſi ex quodã mẽtis latere tangamꝰ. Ut terrẽa quelibet ſic noſtro corpori ſeruiant quatinus cordi minime obſiſtant. Nõ ergo fratres audemꝰ vobis dicerẽ vt oĩa relinquatis ſꝫ tñ ſi vultis oĩa ẽt retinẽdo relinq̃tis. ſi ſic tpalia geritis. vt tñ tota mente ad eterna tẽdatis. Hinc ⁊ .n. paulus apoſtolus dicit. Tps breue eſt reliquũ ſup ẽ vt qui habent vxores tãq̃ nõ habẽtes ſint Et qui flent tãq̃ nõ flentes ⁊ qui gaudent tãq̃ nõ gadẽtes. Et qui emũt tãq̃ non poſſidentes ⁊ qui vtunt hoc mũdo tãq̃ nõ vtant. Preterit. n. figura huiꝰ mũdi. vxorẽ nãqꝫ hꝫ. ſed quaſi non habens eſt qui ſic ſcit debita carnis exſoluere vt tamen per eam mundo tota mente non cogatur inherere.

Nam cum iſdem rurſus egregius predicator dicat. Qui habet vxorem cogitat que ſunt huius mũdi quomodo placeat vxori. Ille vxorem habet quaſi nõ habens. Qui ſic ſtudet placere coniugi vt tamen non diſplici

at conditori. Flet quoque ſed
tamquam non fleat. qui ſic tem/
poralibus damnis affligitur vt
tamen de eternis lucris ſemper
animum conſoletur. Gaudet
vero tamquam non gaudeat. qui
ſic de temporalibus bonis hilare
ſcit vt tamen ſemper perpetua tor
menta conſideret. Et in hoc
quod. mētē gaudio ſubleuat. hāc
continuo pondere prouidi timo/
ris premat. Emit autem ſed
quaſi non poſſidet. qui ⁊ ad vſum
terrena preparat. ⁊ tamen cauta
cogitatione preuidet quod hec ci
tius relinquat. Mundo quoque
vtitur. ſed quaſi non vtatur qui ⁊
r·ceſſaria cuncta exterius ad vite
ſue miniſterium redigit. ⁊ tamen
hec eadem non ſinit ſue menti do
minari vt ſubiecta foris ſeruant
⁊ nunquam intentionem animi
ad alta tendentis frangant. Qui
cunque igitur tales ſunt eis pro/
fecto terrena omnia non ad deſi/
derium ſed ad vſum adſunt. quia
rebus quidem neceſſarijs vtunt̄
ſed nibil bobere cum peccato cu/
piunt. De ipſis quoque rebus ha
bitis quotidie mercedes adquiri
tur. ⁊ plus ga:dēt bono opere ꝙ̄
bona poſſeſſione. Ac ne aliqui/
bus iſta difficilia eſſe videantur.

Em de perſona reſero ꝙ̄
multi veſtrum nouerunt.
Quam videlicet rem ipſe
ante trienium in centum cellenſi
vrbe a pſonis fidelibꝰ didici. Nu
per nāqꝫ i eadē ciuitate teuphani
us comes fuit. vir mie actibꝰ ddit
bōis opibꝰ itētus. Hoſpitalitati p̄
cipue ſtudēs exercēdi cōmitatꝰ ac
tibꝰ occupatꝰ agebat terrena ⁊ tē
poralia. ſꝫ vt plus ex fine eiꝰ claru
it magis ex debito ꝙ̄ ex itētiōe.
Nā cū ꝑpinquitate mortꝭ eiꝰ tpe
grauiſſima aeris tēpeſtas obſiſte
ret. nec ad ſepelliēdū duci potuiſ/
ſet cumque coniūx ſua cum fletu
vehemētiſſimo req̄reret dicens.
Quid faciaꝫ qūo te ad ſepelliēdū
eijcio que oſtium domus huius
egredi pre nimia tempeſtate non
poſſum. Tunc ille reſpondit. No
li mulier flere. quia mox vt ego de
functus fuero aeris ſerenitas re/
dit. Cuius protinus ⁊ vocem
mors. ⁊ mortem ſerenitas eſt ſe/
cuta. Cuius manus ac pedes po
dagre humore contumeſcentes ⁊
verſi i vulneribus fuerant. ⁊ pro/
fluente ſanie patebant. Sed
cum corpus illius ex more ad la/
uandum fuiſſet detectum. ita ma/
nus pedeſque illius ſani reperti
ſunt. ac ſi vnquam vulneris nihil
habuiſſent. Ductus itaque ac ſe
pultus eſt cuiuſque coniugi viſuꝫ
fuit vt quarto die in ſepulchro illi
us marmor quod ſuperinpoſi/
tum fuerat mutari debuiſſet.

Quod videlicet marmor cor/
pori eius ſuperimpoſitum duꝫ fu
iſſet ablatum. tanta ex eius corpe

fragrãtia odoris emanauit. ac ſi ex putreſcente carne illius ꝑ ver mibus aromata ferbuiſſent. Hec igitur dixi vt ex vicino exemplo oñderez poſſe non nullos ⁊ ſecu/ larem habitum gerere ⁊ ſecularē animū nō habere. Quos.n. tales in mundo neceſſitas ligat. vt ex oi parte exui a mūdo ñ poſſint. ſic debēt eaqꝫ mundi ſunt tenere vt tñ eiſ neſciāt ex mentis fractione ſuccūbere. Hec ergo cogitate. ⁊ cū relinquere cuncta que mundi ſunt nō poteſtiſ. exteriora bene ex terius agite ſed ardentes interius ad eterna feſtinate. Nihil ſit qd̕ deſideriū veſtre mentis retardet nullius vos rei in hoc mundo de lectatio iplicet ſi bonum diligitis mens in bonis melioribus. i. in ce leſtibus delectet. Si malū metui tur mala animo eterna ꝓponan/ tur. vt dū illic eēcō ſ picit ⁊ ampli⁹ qd̕ diligat ⁊ amplius quod per/ timeſcat. hic omnio non hereat Ad hec agenda habem⁹ media/ torē dei ⁊ hoīuz adiutorē noſtruz ꝑ quē citi⁹ cūcta obtinebim⁹ ſi ad illū vero amore flagremus. Qui viuit ⁊ regnat cū p̄re inunitate ſpi ritus ſancti deus ꝑ oia ſecula ſe/ culorū. amen.

De vno martire. ſecundum lucaz. Capi. xiiij.

In illo tpe. Dixit xħs tur bis iudeorū. Si quis ve/ nit ad me ⁊ nō odit patrē ſuū. ⁊ matrē ⁊ vxoē. ⁊ filios. ⁊ fra treſ. ⁊ ſororeſ. adhuc āt ⁊ aīaz ſuā nō pōt me⁹ eē diſcipul⁹. ⁊ reliq.

Omelia. xxxvij. ſancti grego. pa/ pe hita ad populū in baſilica be ati felicis.

Si cōſiderem⁹ fratreſ chariſ ſimi. que ⁊ q̄nta ſūt q̄ nobis ꝓmit tunt̄ i celis vileſcunt aīo oīa q̄ habēt̄ i terris. Terrēa nāqꝫ ſb̄a ſupne felicitati cōpara/ ta: pōd⁹ ē nō ſubſidiū. Tēporaliſ vita eterne vite ꝯparata: mors ē poti⁹ dicēda q̄ vita. Ipe. n. quoti dian⁹ defect⁹ corruptiōis quid ē aliđ. q̄ quedā ꝓlixitas mortis. q̄ āt lingua dicere. vel qs ītellect⁹ ca pere ſufficit: illa ſupne ciuitatis q̄ ta ſint gaudia. angeloꝝ choris in tereſſe cū beatiſſimis ſpiritib⁹ glo rie ꝯditoris aſſiſtere p̄ſentem dei vultū cernere. icircūſcipū lumē vi dere. nu o mo ri s metu affici. in corruptiōiſ ꝑpetue munere letari Sꝫ ad hec audita īardeſcit aīus iāqꝫ illic cupit aſſiſtere vbi ſe ſpat ſine fine gaudere. ſꝫ ad magna p̄/ mia peruēiri nō p̄t niſi ꝑ magnos labores. vñ ⁊ paul⁹ egregi⁹ p̄dica tor dic̄. Nō coronabit̄ niſi qui le gitime certauerit. delectat igit̄ mē te magnitudo p̄miorū. ſꝫ nō dte/ reat certamē laborū. vñ ad ſe veni entib⁹ veritas dic̄. Siquis venit ad me ⁊ nō odit p̄rēz ſuū ⁊ m̄rem ⁊ vxorē. ⁊ filios. ⁊ fratres. ⁊ ſoro/ res. adhuc āt ⁊ aīaz ſuā nō p̄t me/

us eē diſcipulus. Sȝ ꝑcūctari li/
bet q̄uo parētes ⁊ carnalit̄ ꝓpin
quos p̄cipimur odiſſe q̄ iubemur
⁊ inimicos diligere. Et certe de
vxore ipa veritas dic̄. Quos de⁹
ꝯiūxit hō nō ſepet. Et paulus ait
Uiri diligite vxores vr̄as. ſic̄ ⁊
xp̄s eccleſiā. Ecce diſcipulus vxo
rē diligēdā p̄dicat cū magiſter di
cat. q̄ vxorē nō odit nō p̄t me⁹ eē
diſcipulus. Nūquid aliud iudex
nūciat. aliō p̄co clamat an ſimul ⁊
odiſſe poſſum⁹ ⁊ diligere. Sȝ ſi
vim p̄cepti ꝑpēdim⁹. vtrūqȝ ager̄
ꝑ diſcretionē valem⁹. vt eos q̄ no
bis carnis cognatiōe ꝯiūcti ſīt. ⁊
q̄d ꝓxios nouim⁹ diligam⁹. ⁊ q̄
aduerſarios i via dī patimur odi
endo. ⁊ fugiēdo neſciam⁹. Quaſi
.n. ꝑ odiū diligit̄. q̄ carnaliter ſa/
piēs. dū ꝑua igerit nobis. nō au
dit̄. Ut āt dn̄s demōſtraret hoc
erga ꝓxios odiū nō de affectiōe
ꝓcedere ſȝ de charitate addidit ꝓ
tin⁹ dicēs. Adhuc ⁊ aiaȝ ſuā. Cō
ſtat ergo q̄ amādo dȝ odiſſe ꝓxi
mū. q̄ ſic eū odit ſic̄ ſemetipm̄. tūc
⁊.n. bn̄ nr̄aȝ aiaȝ odim⁹. cū ei⁹ car
nalib⁹ deſiderijs nō adquieſcim⁹
cū ei⁹ appetitū frāgim⁹. ei⁹ volu/
ptatib⁹ reluctamur. Que ergo cō
tēpta ad meli⁹ ducit̄ q̄ſi ꝑ odium
amat̄. Sic ſic nimirū exhibere ꝓ
ximis nr̄is odij diſcretiōe dbem⁹
vt i eis diligam⁹ q̄d ſūt. ⁊ h̄eam⁹
odio q̄d i dei nob̄ itinere obſiſtūt
Certe dū paulus hieroſolimā ꝑ/
geret. ꝓpha agab⁹. zonā illi⁹ ap͛hē
dit. ſuiſqȝ pedib⁹ alligauit dicēſ
Uirū cui⁹ hec zona ē. ſic alligabūt
i ieruſalē. Sȝ is q̄ aiaȝ ſuā ꝑfecte
oderat. q̄d dicebat. ego nō ſolū al
ligari. ſȝ ⁊ mori i ieruſalē paratus
ſū. ꝑ noīe ih̄u. nec facio aiaȝ meā p̄
cioſiorē q̄ me. Ecce q̄uo aiaȝ ſuā
amādo oderat. imo odiens ama/
bat quā cupiebat ꝑ ih̄u morti tra
dere. vt hāc ad vitā de pcti mor
te ſuſcitaret. Ab hac ego diſcre/
tiōe odij nr̄i: traham⁹ formā ad
odiū ꝓximi. Amet̄ q̄lib; i h̄ mū
do aduerſari⁹ ſȝ i via dei ꝯtrarius
n̄ amet̄ ēt ꝓpiquus. Quiſq̄s. n. iā
eterna ꝯcupiſcit. i ea quā aggredi
tur cā dei. extra p̄rē. extra m̄rem
extra vxorē. extra filios. extra co
gnatos. extra ſemetipȝ fieri dȝ: vt
eo veri⁹ cognoſcat deū. q̄ i ei⁹ cā
neminē recognoſcit. multū nāqȝ
ē q̄ carnales affect⁹ itētiōeȝ men
tis. diuerberāt. eiuſqȝ faciē obſcu
rāt. Quos tn̄ nequaq̄ noxios pa
timur: ſi eos p̄mēdo teneamus.
Amādi ergo ſūt ꝓximi. īpēdēda
charitas oīb⁹ ⁊ ꝓpinq̄s ⁊ extra
neis nec tn̄ ꝑ eadē charitate a dī
amore flectēdū. Scim⁹ āt q̄ cuȝ
de terra phyliſtijm arca dn̄i ad
terrā iſrahelitarū r̄diret plauſtro
ſup impoſita ē ⁊ plauſtro vacce ſub
iūcte ſūt q̄ fete fuiſſe memorant̄.
Quarū filios clauſerūt domi ⁊
ſcriptū ē. Ibāt āt i directū vacce ꝑ
viā q̄ ducit bethſamis vno itinere

gradiebãť .ꝑgẽtes ⁊ mugiẽtes. ⁊
nõ ďclinabãt neqꝫ ad dexterã. ne
qꝫ ad ſiniſtrã. Quid igiť vacce. ni
ſi fideles q̃ſqꝫ ĩ eccleſia ďſignant.
Qui dũ ſacri eloq̃i p̃cepta ꝯſide/
rãt. q̃ſi ſup ĩpoſitã dñi arcã por/
tãt. De q̃b⁹ h̃ ẽ ẽt notãdũ. ꝙ fuiſſe
fere memorãť. Nã ſť pleriqꝫ q̃ i
via dĩ ĩtrinſec⁹ poſiti. foris carna
lib⁹ affectib⁹ ligãť. ſꝫ nõ ďclinãt a
recto itinere. q̃ arcã dei portant ĩ
mẽte. Ecce. n. vacce bethſamis ꝑ/
gũt. Bethſamis q̃ppe dĩ. domus
ſolis. Et ꝑpħa ait. Uobis aũt q̃
timetꝭ deũ: orieť ſol iuſtitie. Si
igĩ ad eterni ſolis hitationẽ tẽdi/
mus: dignũ ꝑfecto ẽ vt de dei iti
nere ꝑ carnalib⁹ actib⁹ nõ ďcline
mus. Tota. n. v̓tute pẽſandũ eſt
ꝙ vacce dĩ plauſtro ſuppoſite per
gũt ⁊ gemũt. Dãt ab intimis mu
git⁹: ⁊ tñ de itinere nõ deflectunt
greſſus. Sic nimirꝝ p̃dicator dei
ſic fideles q̃qꝫ eẽ ĩtra ſcãꝫ eccleſiaꝫ
debẽt: vt ꝯpatiãť ꝓximis ꝑ chari
tatẽ. ⁊ tam̃ de via dei non exorbi
tẽt ꝑ ꝯpaſſionẽ. Hoc ipꝫ vero aie
odiũ q̃liť exhibere debeãt: v̓itas
ſubdẽdo manifeſtat dicẽs. Qui ñ
baiulat crucẽ ſuã ⁊ vẽit p⁹ me. nõ
p̃t me⁹ eẽ diſcipulus. Crux q̃ppe
a cruciatu dĩ. Et duob⁹ mõis cru
cẽ dñi baiulam⁹. cũ aut ꝑ abſtinẽ
tiaꝫ carnẽ afficim⁹: aut ꝑ ꝯpaſſio
nẽ ꝓximi neceſſitatẽ illi⁹ nr̃aꝫ pu/
tam⁹. Qui. n. dolorẽ exhibet ĩ alie
na neceſſitate: crucẽ portat ĩ mẽte.
Sciẽdũ v̓o ẽ. ꝙ ſť nõnulli q̃ car/
nis abſtinẽtiã nõ ꝓ dõ: ſꝫ ꝓ inanĩ
gloria exhibẽt. Et ſť pleriqꝫ q̃ cõ
paſſionẽ ꝓxĩo nõ ſpiritaliť ſꝫ car
naliť ĩpẽdũt: vt ei nõ ad v̓tutem
ſꝫ q̃ſi miſerẽdo ad culpas faueãt.
Hij itaqꝫ crucẽ q̃dẽ videẽť ferre ſꝫ
dñꝫ nõ ſequũť. Uñ recte h̃ eadeꝫ
v̓itas diť. Qui nõ baiulat cruceꝫ
ſuã ⁊ vẽit p⁹ me: nõ p̃t me⁹ eẽ di/
ſcipulus. Baiulare ⁊. n. crucẽ ⁊ p⁹
dñꝫ ire ẽ. vel carnis abſtinẽtiã. vel
ꝯpaſſionẽ ꝓxĩo ꝓ ſolo ſtudio eť
ne itẽtiõis exhibere. Nã q̃ſq̃s h̃
ꝓ tpali ĩtẽtiõe exhibet: crucẽ q̃dẽ
baiulat. ſꝫ ire p⁹ dñꝫ recuſat. Nã
v̓o ſublimia p̃cepta data ſť ꝓxĩ⁹
ꝯpatio edificãde ſblimitatis. ad/
iũgiť cũ dĩ. Quis. n. ex vob volẽſ
turrẽ edificare nõ p̃us ſedẽs ꝯpu
tat ſumptus qui neceſſarij ſunt ſi
habeat ad perficiendum. ne po
ſtea quam poſuerit fundamentũ
⁊ ñ potuerit ꝑficere omnes qui vi
dẽt ĩcipiãt illudere ei dicentes. qꝛ
hic hõ cepit edificare. ⁊ nõ potu/
it ꝯſumare. Dẽ q̃d agim⁹. ꝑueni/
re ꝑ ſtudiũ ꝯſideratiõis debem⁹
Ecce. n. iuxta v̓itatꝭ vocẽ q̃ turrẽ
edificat p̃us edificij ſũpt⁹. Si igĩ
humilitatꝭ turrẽ ꝯſtruere cupim⁹
p̃us nos p̃parare ad aduerſa hu/
ius ſeculi ďbem⁹. Hoc. n. iter ter/
renũ ⁊ celeſte edificiũ diſtat ꝙ ter
renũ edificiũ expẽſas colligẽdo ꝯ
ſtruiť: celeſte v̓o edificiũ expẽſas
diſpergẽdo. Ad illd ſũpt⁹ facim⁹
ſi nõ hita colligam⁹: ad iſtud ſum
ptus facim⁹: ſi ⁊ hita reliquam⁹

Iſtos ſūptꝰ diues habere nō po
tuit: qui multas poſſeſſiōes poſſi
dens. magiſtrū requiſiuit dicens
Magiſter bōe. quid faciēdo vitā
eternā poſſidebo. Qui cū p̄cepta
relinquēdi oīa audiſſet. triſtis ab
ſceſſit. Et ide ē anguſtatꝰ ī mēte:
vn̄ foris fuit latior in poſſeſſione
Qꝛ. n. ī hac vita amabat ſumptꝰ
celſitudinis. tenēdo ad eternā pa
triā hr̄e noluit ſumptꝰ humilita-
tis. Cōſiderandū ꝟo ē qđ dr̄ oēs
qui vidēt īcipiant illudē ei qꝛ iuſta
Pauli vocē ſpectaculū facti ſumꝰ
mūdo: ⁊ angelis ⁊ hoībꝰ ⁊ ī oē ꝙ
agimꝰ ꝯſiderare occultos nr̄os
aduerſarios đbemꝰ q̄ ſp̄ nr̄is ope
ribꝰ īſiſtūt. ſp̄ de nr̄o defectu gra
tulant̄. Quos ꝓpħa ītuēs ait.
Deꝰ meꝰ ī te ꝯfido nō erubeſcam
neq̄ irrideant me inimici mei. In
bōis. n. opibꝰ itēti, niſi cōtra mali
gnos ſp̄s ſollicite vigilemꝰ: ipſos
irriſores patimur. quos ad malū
ꝑſuaſores hēmus. Sꝫ qꝛ de con
ſtruēdo edificio ꝯparatio data ē
nūc ex minori ad maiꝰ ſimilitudo
ſubdit̄ vt ex rebꝰ minimis maio-
ra penſent̄. Nam ſequit̄. Aut q̄ſ
ex iturus ꝯmittere bellū aduerſus
aliū regē. nō ſedēs p̄us cogitat ſi
poſſit cū decē milibꝰ occurrere ei
q̄ cū viginti milibꝰ vēit ad ſe. Alio
qui adhuc illo lōge agēte. legatio
nē mittēs. rogat ea q̄ pacis ſūt.
Rex ꝯ regē ex equo vē it ad ꝑliū
⁊ tn̄ ſi ſe ꝑpēdit nō poſſe ſufficere
legationē mittit. ⁊ ea q̄ pacis ſunt
poſtulat. Quibꝰ gꝰ nos lachry-
mis ſperare veniā debemꝰ q̄ ī illo
tremēdo examine. cū rege nr̄o ex
equo ad iudiciū nō vēimꝰ. Quoſ
nimirū ꝯditio īfirmitatꝭ ⁊ cā īferi
ores exhibet. Sꝫ fortaſſe iā mali
ꝑis culpas abſcidimꝰ iā praua
queq̄ exteriꝰ đclinamꝰ. Nūqđ
ad reddēdā rōē cogitatiōis nr̄e
ſufficimꝰ. Nā cū viginti milibus
vēire dr̄. is ꝯ quē minie ſuffic̄ iſte
q̄ cū decē milibꝰ venit. Decē milia
q̄ppe ad viginti milia. ſimplū ad
duplū ſt̄. Nos aūt ſi multū ꝓfici
mus: vix exteriora nr̄a opa ī recti
tudie ſuamꝰ. Nā ⁊ ſi iā luxuria
carnis abſciſa ē tn̄ adhuc a corde
ſundirꝰ abſciſa nō ē. Ille āt q̄ iudi
caturꝰ aduēit. exteriora ſimul ⁊ in
teriora iudicat. facta pariter ⁊ co-
gitatiōes pēſat. Cū duplo gꝰ exer
citu ꝯ ſimplū vēit. q̄ nos vix ī ſolo
ope p̄paratos. ſimul đ ope ⁊ cogita
tiōe diſcutit. Quid gꝰ agēdū ē fr̄s
cariſſimi. niſi vt dū nos cū ſimplo
exercitu ꝯ duplū illiꝰ ſufficere nō
poſſe ꝯſpicimꝰ dū adhuc lōge ē le
gationē mittamꝰ. rogemꝰ ea q̄ pa
cis ſt̄. Lōge. n. eē dr̄ qꝛ adhuc p̄n̄ſ
ꝑ iudiciū nō. Mittamꝰ ad hāc le
gatiōē lachrymas nr̄as mittā-
mꝰ mie opa. Mactemꝰ ī ara eiꝰ
hoſtias placationis cognoſca-
mus nos cum eo in iudicio non
poſſe contendere. Penſemus vir
tute eius fortitudinis rogemꝰ ea

que pacis ſunt. Hec ē nr̄a legatio. q̄ regē veniētē placat. Pēſate fr̄es chariſſimi q̄ benignus ſit: q̄ is q̄ ſuo aduētu valꝫ opprimere. tardat venire. Mitam⁹ ad hūc vt dixim⁹ legationē nr̄am flēdo. tribuēdo. ſacraſ hoſtias offerēdo. Singulariter nāqꝫ ad abſolutionē nr̄aꝫ oblata cū lachrymis ⁊ benignitate mētis ſacri altaris hoſtia ſuffragat̄: q̄ is q̄ in ſe reſurgēs a mortuis iā nō morit̄: adhuc p̄ hāc in ſuo myſterio ꝓ nob̄ iterū patit̄. Nā quotiens ei hoſtia ſue paſſiōis offerim⁹: totiēs nobis ad abſolutioneꝫ nr̄aꝫ paſſiōeꝫ illi⁹ reparam⁹. Multos vt arbitror vr̄ꝫ fr̄es chariſſimi ɔtigit noſſe hoc qđ volo ad memoriā vr̄am narrādo reuocare. Nō longe a nr̄is fertum tēporalib⁹ factū q̄ quidā ab hoſtib⁹ captus: lōge trāſductuſ ē. Cūqꝫ diu teneret̄ in vinculis: eū vxor ſua cū ex eadē captiuitate nō recipet extinctū putauit. Pro quo iā velut mortuo hoſtias ebdomadibus ſingulis curabat offerre. Cuius totiēs vincula ſoluebant̄ in captiuitate: quotiēs ab eius cōiuge oblate fuiſſent hoſtie ꝓ aīe ei⁹ abſolutiōe. Nō lōga poſt tēpora reuerſus ad miras valde: ſue indicauit vxori q̄ dieb⁹ certis ebdomadibus ſingulis ei⁹ vincula ſoluebant̄. Quos videlicet dies eius vxor atqꝫ horas diſcutiēs tunc eum recognouit abſolutū. cū ꝓ eo ſacrificium meminerat oblatū. Hinc ergo fr̄es chariſſimi hinc certa cōſideratione colligite oblata a nobis ſacra hoſtia quātum in nobis ſoluere valeat ligaturaꝫ cordis: ſi oblata ab altero potuit in altero ſoluere vincula corpis. Multi vr̄ꝫ fratres chariſſimi caſſiū narnieſis vrbis epꝫ nouerūt. cui mos erat quotidianas dō hoſtiaſ offerre: ita vt pene nullus dies vite ei⁹ abſcederet. quo nō oīpotenti dn̄o hoſtias placationis imolaret. cui cū ſacrificio valde etiā cōcordabat vita. Nā cūcta q̄ hēbat in helemoſinis tribuēs. cū ad horā offerēdi ſacrificiū veniſſet: velut totus in lachrymis defluēs. ſemetipſum cuꝫ magna cordis cōtritiōe mactabat Cuius ⁊ vitā ⁊ exitū a quodā venerabili vite diacono q̄ ab eo fuerat nutritus referente cognoui.

Aiebat enim qđ quadaꝫ nocte ei⁹ p̄ſbytero p̄uiſuꝫ dn̄s adſtitit dicēs Uade ⁊ dic epō. Age quod agis. operare qđ operaris. Non ceſſet pes tuus. nō ceſſet manus tua natali apoſtolorum venies ad me. ⁊ retribuā tibi mercedem tuā. Surrexit p̄ſbyter ſꝫ q̄ e vicino apoſtoloꝝ natalitius dies iminebat: tam ꝓpinqui exitus diē epō nuntiare pertimuit. Alia nocte dn̄s rediit. eiuſqꝫ in obedientiam vehementer increpauit. atqꝫ eadē iuſſionis ſue verba retexuit. Tūc preſbyter ſurrexit vt p̄geret. ſed rurſuꝫ infirmitas cordis īpedimētū facta ē indi

cāde reuelationis. Ad ad monitio
ne quoq₃ iterate iuſſiōis obduruit
pergere: ⁊ que viderat manifeſta-
re neglexit. Sed q₂ māſuetudinē
cōtēpte grē maior ſeq̄ ſolet ira vin
dicte: in viſione tertia vice dn̄s ap-
parēs. iā verbis addidit verbera. ⁊ tā
diſtricta cede mactatus ē: vt in eo
duritiā cordis emolliſſent vulnera
corporis. Surrexit g° erudit⁹ ex
verbere. perexit ad epm̄. cūq₃ iam ex
more iuxta bt̄i iuuenalis martyris
ſepulchrū ad offerēdū ſacrificiu₃
cōſiſtētē reppit. ſecretū a circūſtā-
tib⁹ petijt. ſeq₃ ei⁹ pedib⁹ ſtrauit.
Cūq₃ eū vbertī₃ flētē eps vix ad ſe
leuare potuiſſet. lachrymaru₃ cāā
cognoſcere ſtuduit. Ille vero rela
turus ordine viſionis. prius veſti-
mēto ex humeris deuoluto: dete-
git plagas corporis vt ita dicā te
ſtes vitatis ⁊ culpe mōſtrauit quā
ta aīaduerſiōe diſtrictōis mēbra il
lius accepta verbera liuore inflicto
ſulcauerāt. Que mox vt eps vidit
exhoruit. ⁊ q̄s ſibi tāta facere pſū-
pſiſſet: cu₃ magne obſtupefactōis
vocibus inq̄ſiuit. At ille reſpōdit.
hec ſe ꝑ ipſo fuiſſe ꝑpeſſu₃. Ex cre
uit cū terrore admiratio: ſ₃ nullas
iā pſbyter inq̄ſitiōi ei⁹ moras adij
ciēs. ſecretū reuelatiōis aperuit. ei
q₃ iuſſiōis dn̄ice ꝑ ea q̄ audierat v
ba narrauit dicens. Age qđ agis.
opare qđ oparis. nō ceſſet manus
tua. nō ceſſet pes tuus. natali apo-
ſtoloꝝ veniēs ad me. ⁊ retribuā ti
bi mercedē tuā. Quib⁹ auditꝭ eps
i orōnē ſe cū magna cordis ꝯtritiōe
pſtrauit. Et q̄ oblaturus ſacrificiū
ad horā tertiā venerat h̄ ꝓ extēſe
orōnis magnitudīe. ad horā nonā
vſq₃ protelauit. Atq₃ ex illo ia₃ die
magis magiſq₃ ei aucta ſūt lucra
pietatis. Factuſq₃ ē tā fortis i ope
q̄ certus ex munere. Quippe qui
eū cui ipe debitor fuerat: ex ꝓmiſſi
one iā cepat hēre dbitorem. Huic
āt ꝯſuetudo fuerat annis ſingulis
natalitio apoſtoloꝝ die romā veni
re. Iāq₃ ex hac reuelatiōe ſuſpect⁹
venire iuxta morē noluit. Eodē er
go tēpore ſollicitus fuit: ſcđo q̄q₃
anno vel tertio i mortis ſue expe-
ctatiōe ſuſpēſus. q̄rto ⁊ quinto ⁊
ſexto ſimilr̄. Qui deſpare iā de vi
tate reuelatiōis poterat. ſi verbis fi-
dē verbera nō feciſſent. Eū ecce āno
ſeptimo. vſq₃ ad expectati natalis
ſacras vigilias incolumis puenit.
Si lenis hūc in vigilijs calor atti-
git: atq₃ ipo die natalitio filijs fuiſ
ſe expectātib⁹ miſſaꝝ ſolēnia iple
re ſe poſſe recuſauit. Illi vero q₂
de eius erant pariter egreſſione ſu
ſpecti: ſimul ad eum omnes vene-
runt. ſe ſe vnanimiter aſtringētes
vt die eodē nequaq̄ adquieſcerēt
miſſarū ſolēnia celebrari. niſi ꝑ eis
apud dominū idem antiſtes ſuus
interceſſor accederet. Tunc ille cō
pulſus i epiſcopij oratorio fecit miſ
ſas. ⁊ manu ſua corpus dn̄icū. pa-
cēq₃ oib⁹ tribuit. Qui cuncto my-

ſterio oblati ſacrificij ꝑacto. ad le-
ctuʒ rediijt. ibiqʒ iacēs dū ſacerdo-
tes ſuos ac miniſtros circūſtetiſſe
ſe cerneret. quaſi vale vltimū dicēs
de ſeruādo eos vinculo charitatis
admonebat. ⁊ quāta debuiſſēt con
cordia vniri p̄dicabat. Cuʒ ſubito
inter ip̄a ſacre exortatōis v̄ba. vo
ce terribili clamauit dicēs. Hora ē
dn̄e. Moxqʒ adſiſtētib⁹ ipſe ſuis
manibus linteū dedit: qđ ex more
morientiū. ſibi cōtra faciē tenderet
Quo tenſo: ſpm emiſit. Sicqʒ ſcā
illa aīa ad gaudia eterna ꝑueniēs.
a carnis corruptiōe ſoluta ē. Quē
frēs chariſſimi. quē vir iſte i morte
ſua imitatus eſt: niſi eum quē in vi
ta ſua fuerat cōtēplatus. Dicēs .n.
hora ē. de corpore exijt. q2 ⁊ ih̄s ꝑ
actis oībus cū dixiſſet cōſumatū ē
emiſit ſpʒ inclinato capite. Qđ igi
tur dn̄s ex poteſtate hoc egit fa-
mulus ex vocatiōe. Ecce quotidia
ne hoſtie illa cuʒ helemoſinis ⁊ la-
chrymis miſſa legatio: quātā cum
rege veniēte gratie pacē fecit. Re
linquat ergo oīa qui pōt. qui autē
relinquere oīa nō pōt: cum adhuc
rex lōge ē legationē mittat. lachry
marum. hoſtiaꝝ munera offerat.
Uult. n. placari p̄cibus. qui ſcit q2
portari nō poſſit irat⁹. Qđ adhuc
morā facit venire: legationē pacis
ſuſtinet. Ueniſſet iā nāqʒ ſi vellet:
⁊ cunctos ſuos aduerſarios truci
daſſet. Sʒ ⁊ quā terribilis veniat
indicat: ⁊ tn̄ aduentēdū tardat. q2
nō vult inuenire qđ puniat. Rea
tum nobis cōtemptus nr̄i denun-
tiat dicēs. Sic ergo oīs ex vobis
qui nō renuntiat oībus que poſſi-
det: nō pōt meus eſſe diſcipulus.
Et tn̄ ſperande ſalutis remediū cō
fert: quia qui ꝑ iram nō pōt ferri:
ꝑ poſtulate pacis vult legationem
placari. Lauate ergo frēs chariſſi
mi lachrymis maculas peccatorū
elemoſinis tergite. ſacris hoſtijs
expiate. Nolite poſſidere ꝑ deſide
rium: que adhuc ꝑ vſum minime
reliquiſtis. Spem ī ſolo redēpto-
re figite. ad eternam patriam men
te trāſite. Si eniʒ nihil in hoc mū-
do amando poſſidetis: etiaʒ poſſi
dēdo cuncta reliquiſtis. Ipſe nob̄
gaudia deſiderata cōcedat qui no
bis eterne pacis remedia contulit.
Jeſus chriſtus dominus noſter:
qui viuit ⁊ regnat cum patre in vni
tate ſpiritus ſancti deus per omia
ſecula ſeculorum. Amen.

Lectio ſancti euangelij ſecundum
Matheum. Capitulo .xxij.

In illo tēpoꝛe dicebāt ih̄s tur
bis parabolam hāc. Simi
le factum eſt regnum celo-
rum homini regi qui fecit nupti-
as filio ſuo ⁊ reliqua.

Omelia. xxxviij. habita ad po
pulum in baſilica ſancti clementis
martyr.

Textum lectionis euangeli-
ce fratres chariſſimi volo
ſi poſſum ſub breuitate trāſ

currere. vt in fine eius valeam ad
loquendum largius vacare. Sed
querenduȝ prius eſt. an hec apud
matheum ipſa ſit lectio que apud
lucaȝ ſub appellatione cena deſcri
bitur. Et quidem ſunt non nulla
que ſibi diſſona eſſe videantur qꝛ
hic prandiuȝ illic cena memoratur
Hic qui ad nuptias nō dignis ve
ſtibus intrauit. repulſus ē illic nul-
lus qui interſe dicitur repulſus eē
ꝓhibetur. Qui ex re recte colligit
q̄d ⁊ hic per nuptias preſens eccle
ſia ⁊ illic per cenaȝ eternū ⁊ vltimū
conuiuiū deſignatur. Quia ⁊ hāc
non nulli exituri intrant. ⁊ ad illud
quiſquis ſemel intrauerit vlterius
non exibit. At ſi quis forte conten
dat hanc eandem eſſe lectionē. ego
melius puto ſalua fide alieno intel
lectui cedere quā contentionibꝰ de
ſeruire. Quoniam ⁊ intellegi con-
grue forſitan poteſt. quia de proie
cto eo qui cum nuptiali veſte non
venerat. quod lucas tacuit mathe
us dixit. Quod vero per illum ce-
na per hunc prandium dicitur.

Nequaquam vel hoc noſtre intel
legentie obſiſtit. quia cum ad horā
nonā apud āntiquos quotidie prā-
dium fieret. ipſum quoqȝ prandiū
cena vocabatᷣ. Sepe aūt iam dixiſ
ſe memini q̄d plerūqȝ in ſcō euan-
gelio regnū celoꝛnm preſens eccle
ſia nominatur. Congregatio quip
pe iuſtoꝛ ū regnū celorum dicitur.
Quia enim per prophetam domi
nus dicit. Celū mihi ſedes eſt. Et
ſalomon ait. Anima ſedes eſt ſapi-
entie. Paulus etiaȝ dicit. Xp̄m dei
virtutem ⁊ dei ſapientiam. Liqui-
do colligere debemus. quia ſi deuſ
ſapieucia. anima autem iuſti ſedes
ſapientie. dum celum dicitur ſedes
dei. Celum ergo eſt anima iuſti.

Hinc per pſalmiſtam de ſanctis
predicatoribus dicitur. Celi enar-
rant gloriam dei. Regnum ergo
celorum eſt eccleſia iuſtorum. quia
dum coruȝ corda in terra nihil am
biunt. per hoc quod ad ſuperna ſu
ſpirant iam in eis dominus quaſi
in celeſtibus regnat. Dicit ergo.

Simile eſt regnum celorum ho-
mini regi q̇ fecit nuptias filio ſuo.

Jam intelligit charitas veſtra
quis eſt rex regis filij pater. ille ni
mirum cui pſalmiſta ait. Deus
iudicium tuum regi da. ⁊ iuſticiaȝ
tuam filio regis. Qui fecit nu-
ptias filio ſuo. Tunc enim deus
pater deo filio nuptias fecit. quan
do hunc in utero virginis. huma-
ne nature coniunxit. quando deuȝ
ante ſecula fieri voluit hominem
in fine ſeculorum. Sed quia ex
duab us perſonis fieri ſolet iſta cō
iunctio. Abſit hoc ob intellecti-
bus noſtris. vt perſonam dei ⁊ ho
minis redemptori noſtri ieſu chri
ſti ex duabus perſonis credamus
vnitā. Ex duabus q̇ppe atqȝ ī dua
bꝰ hūc naturalis exiſteret dicimꝰ
ſȝ ex duabꝰ ꝑſoniſ ꝯpoſitū credīt

nefas vitamus. Apertius igitur
atque ſecurius dici pōt. qꝛ in hoc
pater regi filij nuptias fecit quo ei
ꝑ icarnatiōis myſteriū ſcāꝫ eccle/
ſiā ſociauit. Vteri⁹ aūt genitricis
ꝟginis hui⁹ ſpōſi thalam⁹ futuro
vn̄ ꝑ pſalmiſtā dic̄. In ſole poſuit
tabernaculū ſuū ⁊ ipē tāq̄ ſpōſus
ꝓcedēs ꝺ thalamo ſuo. Tāq̄ ſpō
ſus q̄ppe de thalamo ſuo ꝓceſſit
qꝛ ad cōiūgēdā ſibi eccleſiaꝫ icar
nat⁹ de⁹ ꝺ icorrupto vtero ꝟginis
exiuit. Miſit ergo ſeruos ſuos vt
ad ipas nuptias amicos iuitarēt
Miſit ſemel. miſit iterū qꝛ icarna
tiōis dñice ꝑdicatores. Et pri⁹ ꝓ
pħas ⁊ poſtmodū apoſtolos fec̄
Bis itaqꝫ ſeruos ad iuitandū mi
ſit qꝛ icarnatiōem vnigeniti ⁊ ꝓ/
pħas dixit futuraꝫ. ⁊ ꝑ apoſtolos
nunciauit factaꝫ. Sꝫ hi qui prius
inuitati ſunt ad nuptiaruꝫ cōuiui/
um venire noluerunt in ſcd̄a iui/
tatiōe iaꝫ dicit̄. Ecce prādiū meū
paraui tauri mei ⁊ altilia occi/
ſa ſunt ⁊ oīa parata ſunt. Quid i
tauris vel altilibus fratres chariſ
ſimi niſi noui ac veteris teſtamen
ti pr̄es accipim⁹. Qꝛ enim vulgo
loquor ēt ipſa me neceſſe ē verba
euāgelice lectiōis explanare. Alti
lia .n. ſaginata dicim⁹. ab eo enim
quod eſt alere altilia quaſi alati/
lia vocamus. Cum vero in le
ge ſcriptum ſit. diliges amicum
tuum ⁊ odio habebis inimicum
tuum. accepta tunc iuſtis licen/
tia fuerat. vt dei ſuoſque aduer/
ſarios quanta poſſent virtute
comprimerent. eoſqꝫ iure gla/
dij ferirēt. Qđ in nouo ꝓculdu/
bio teſtamēto ꝯpeſcit̄ cū ꝑ ſemet
ipſā veritas ꝑdicat dicēs. Diligi/
te inimicos veſtros. benefacite ijs
q̄ oderūt vos. Quid ergo ꝑ tau/
ros. niſi patres teſtamēti veteris
ſignificatur. Nam dum ex per
miſſione legis acceperant. quati/
nus aduerſarios ſuos odij retri/
butione percuterent. vt ita dicam
quid aliud quam tauri erant. qꝛ
inimicos ſuos virtutis corporee
cornu feriebant. Qui vero per
altilia niſi patres teſtamenti noui
figurantur. Qui dum grati/
am pinguedinis interne. percipi
unt. autem renis deſiderijs inni/
tentes ad ſublimia contemplatio
nis ſue penna ſubleuatur. In
imo quippe cogitatione ponere
quid aliud quam quedam aridi/
tas mentis eſt. Qui autem
intellectu celeſtium iam per ſan/
cta deſideria de ſupernis delecta
tionis intime cibo paſcuntur qua
ſi largiori alimento pingueſcunt.
Hac enim pinguedine ſagi/
nari pſalmiſta concupierat cum
dicebat. Sicut adipe ⁊ pin/
guedine repleatur anima mea.
Quia igitur predicatores do
minice incarnationis miſſi perſe/
cutionem ab infidelibus ⁊ prius
ꝓpħe ⁊ p⁹modū ſcī apoſtoli ꝑtu

lere.inuitatis 7 venire nolētib⁹ dr̄. tauri mei 7 altilia occiſa ſunt. 7 oīa parata ſunt. Ac ſi aptius dicat Patrum precedētiū mortes aſpici te. 7 remedia vite vr̄e cogitate. No tandū vero. qd̄ priori inuitatione ni hil de tauris 7 altilibus dicit. In ſecula aūt iam tauri 7 altilia macta ta memorant. quia oīpotēs deus cum verba eius audire nolumus. adiungit exēpla. vt oē qd̄ impoſſi bile credimus tanto nobis ad ſpe randū fiat facilius. quāto per hoc tranſiſſe iam 7 alios audimus.

Sequitur. Illi autem neglexerūt Et abierunt alius in villā ſuam. ali us vero ad negociationem ſuā. In villam quippe ire eſt. Labori terre no immoderate incumbere. In ne gociationem vero ire eſt. act ionuꝫ ſecularium lucris inhiare. Quia enim alius intētus labori terreno a lius vero mundi huius actioni bus deditus. myſterium incarnati onis dominice penſare. 7 ſecunduꝫ illud viuere diſſimulat: quaſi ad vil lam vel negocium pergens. venire ad regis nuptias recuſat. Et plerū qꝫ qd̄ eſt grauius. non nulli vocan tis grām non ſolū reſpuūt ſed etiā perſecuntur. Unde 7 ſubdit. Reli qui vero tenuerunt ſeruos eius. 7 contumelijs affectos occiderunt. Sꝫ rex iſta cognoſcēs. miſſis exer citibus ſuis perdidit homicidas il los. 7 ciuitatem illorum ſuccendit. Homicidas perdidit. quia pſequē tes interemit. Ciuitate ꝫ illorū igne ſuccendit. q2 illorū nō ſolū aīe ſed 7 caro quoqꝫ in qua habitauerāt eter na gehenne flāma cru ciatur. Miſ ſis vero exercitibus extinxiſſe homi cidas dr̄. q2 in hominibus oē iudi cium per angelos exibetur. Quid nāqꝫ ſunt illa angelorū agmina. ni ſi exercitus regis noſtri. Unde 7 eiſdem rex dominus ſabaoth dici tur. Sabaoth quippe exercituum interpretatur. Ad perdēdos ergo aduerſarios ſuos exercitum mittit q2 nimirum vindictā dn̄s per an gelos exercet. Cuius vindite potē tia tūc nr̄i patres audiebāt. nos āt iam cernimus. Ubi ſunt enim ſup bi illi martyrū pſecutores. Ubi illi qui contra conditorem ſuū ceruicē cordis erexerāt. 7 de huius mundi gloria mortifera tumebāt. Ecce iā mors martyrū floret in fide viuen tiū. 7 ij qui contra illos de crudeli tate ſua gloriati ſunt. nequaqꝫ ad memoriam nr̄am veniunt vel in nu mero mortuorū. Rebus ergo reco gnoſcimus: qd̄ in parabolis audi mus. Sꝫ iſ q̄ inuitātē ſe ꝯtēni cō ſpicit regis filij ſui nuptias vacuaſ nō habebit. ad alios mittit. Quia 7 ſi apud aliquos laborat. qn̄qꝫ ta mē ſermo dei inuēturus ē vbi reclie ſcat. Unde 7 ſubdit. Tunc ait ſer uis ſuis. Nuptie q̄dē parate ſunt. ſed q̄ inuitati erāt nō fuerūt digni Ite ergo ad exitus viarū. 7 quoſcū qꝫ in veneritis vocate ad nuptias.

Si in ſcriptura ſacra vias actiões
accipim⁹. exitus viaꝝ itelligim⁹ de
fectus actionū. Quia illi plerūqꝫ
facile ad deū veniunt. quos inter re
nis actibus ꝓſpera nulla cõmitan
tur. Unde ⁊ ſeq̄tur. Et egreſſi ſer
ui eius in via congregauerunt oēs
quos inuenerunt malos ⁊ bonos
⁊ implete ſunt nuptie diſcūbētium
Ecce iam ipſa qualitate conuiuan
tiū aperte oſtenditur q2 ꝑ has re
gis nuptias p̄ſens eccleſia deſigna
tur. in qua cū bonis ⁊ malis conue
niūt. Permixta q̄ppe ē diuerſita
te filioꝝ. Quia ſic oēs ad fidē gene
rat. vt tamē oēs ꝑ imitationē vite
ad libertatē ſpūalis gratie culpis exi
gentibus nō perducat. Quo vſqꝫ
nāqꝫ hic viuimus neceſſe eſt vt viā
preſentis ſeculi permixti pergam⁹
Tunc autē diſcernimur. cū per ve
nim⁹. Boni enim ſoli nuſquā ſunt
niſi in celo. Et mali ſoli nuſquā ſūt.
niſi in inferno. Hec autē vita que in
ter celum ⁊ infernū ſita eſt ſicut in
medio ſubſiſtit ita vtrarūqꝫ partiū
ciues cõmunit recipit. Quos tam̄
ſcā eccleſia ⁊ nunc indiſcrete ſuſci
pit. ⁊ poſtmodū in egreſſiōe diſcer
net. Si igit boni eſtis quaꝫ diu in
hac vita ſubſiſtitis equanimiter to
lerate malos. Naꝫ quiſq̄s malos
nō tollerat. ipſe ſibi ꝑ intollerantiā
ſuā teſtis eſt. q2 bonus nō eſt. Abel
enim eſſe renuit. quem. Cain mali
cia non exercet. Sic in tritura a re
grana ſub paleis p̄mūtur. ſic flo
res īter ſpinas oriunt. ⁊ roſa que
redolet creſcit cū ſpina que pūgit.
Duos quippe filios habuit prim⁹
homo. vnus horum electus eſt. al
ter reprobus fuit. Tres filios arca
cõtinuit. ſed ex his duo electi ſunt
⁊ vnus reprob⁹ fuit. Duos Abra
hā filios habuit: ſed vnus electus
eſt alter reprobus fuit. Duos iſaac
filios habuit. ſed vnus electus al
ter vero reprob⁹ fuit. Duodeciꝫ fi
lios habuit iacob. ſed vnus ꝑ inno
cētiā venditus fuit: alij vero ꝑ malici
am venditores fratris fuerūt. Duo
decim apoſtoli ſunt electi. ſꝫ vnus
in his admixtus ē qui ꝓbaret. vn
decim q̄ probarentur. Septeꝫ ſūt
diacones ab apoſtolis ordinati. ſꝫ
ſex in fide recta permanētib⁹ vnus
extitit auctor erroris. In hac ergo
eccleſia nec mali eſſe ſine bonis nec
boni ſine mali poſſunt. Ante acta
itaqꝫ tēpora fratres chariſſimi ad
mentē reducite. ⁊ vos ad maloruꝫ
tolerātiam roborate. Si enim filij
electoꝝ ſumus. reſtat ⁊ neceſſe ē vt
ꝑ eoꝝ exēpla gradiamur. Bonus
enim non fuit qui malos tolerare
recuſauit. Hinc nāqꝫ eſt qđ de ſe
met ipo beatus iob aſſerit dicens.
Frater fui draconū. ⁊ ſocius ſtru
tionū. Hinc per ſalomonem ſpõ
ſi voce ſcē eccleſie dicit. Sicut liliū
inter ſpinas. ſic amica mea inter fi
lias. Hinc ad ezechielē dñs dicit.
Filij hominis increduli ⁊ ſubuer
ſores ſūt tecū. ⁊ cū ſcorpionib⁹ ha

bitas. Hic petrus beati loth vitaꝫ
glorificat dicēs. Et iuſtū loth oppſ
ſum a nefandoꝝ impudicia cōuer
ſatione eruit. Aſpectu ⁊ enim ⁊ au
ditu iuſtus erat. habitās apud eos
q̄ de die in diē aīam iuſtaꝫ iniquis
operibꝰ cruciabāt. Hinc paulus di
ſcipuloꝝ vitā ⁊ laudat ⁊ roborat
dicēs. In medio nationis praue ⁊
ꝑuerſe inter quos lucetis ſicut lu-
minaria in mundo verbū vite con
tinētes. Hinc ioānes ꝑgami eccle-
ſie ateſtatur dicēs. Scio vbi habi-
tas. vbi ſedes eſt ſathane. ⁊ tenes
nomē meū ⁊ nō negaſti fidē meaꝫ.
Ecce fratres chariſſimi pene oīa ꝑ
currēdo cognoſcimus. qꝛ bonus
nō fuit quē maloꝝ prauitas nō ꝓ
bauit. Ut enim ita loquar. ferrum
nr̄e aīe nequaquā ꝑducit̄ ad ſubti
litatē acuminis. ſi hoc nō eraſerit
aliene lima prauitatis. Terrere āt
vos nō debet. qđ in eccleſia ⁊ mul
ti mali ⁊ pauci ſunt boni. Quia ar
ca in vndis diluuij que huiꝰ eccle-
ſie typuꝫ geſſit ⁊. ampla in inferio
ribꝰ ⁊ anguſta in ſuperioribꝰ fuit
que in ſūmitate etiam ſua ad vniꝰ
menſurāꝫ cubiti excreuit. Inferiꝰ
quippe quadrupedia atqꝫ reptilia
ſupius vero aues ⁊ homines ha-
buiſſe credēda eſt. Ibi lata extitit.
vbi beſtias habuit. ibi anguſta vbi
hoīes ſeruauit. Qꝛ nimirū ſcā ec-
cleſia in carnalibꝰ ampla ē. in ſpiri
talibus anguſta. Ubi. n. beſtiales
hoīum mores tolerat. illic latius
inū laxat. Ubi āt eos hꝫ q̄ ſpitali
rōne ſuffulti ſūt. illic q̄dē ad ſūmū
ducit̄. ſꝫ tn̄ qꝛ pauci ſūt anguſtat̄.
Lata q̄ppe via ē q̄ ducit ad ꝑditio
nē. ⁊ multi ſꝭ q̄ vadūt ꝑ eā. Et āgu
ſta ē q̄ ducit ad vitā. ⁊ pauci ſūt q̄
ineniūt eā. Eo āt vſqꝫ arca āguſta
tur i ſūmis. q̄ vſqꝫ ad mēſurā vniꝰ
cubiti ꝑducat̄. Qꝛ ⁊ i ſcā eccleſia q̄
to ſāctiores q̄ſqꝫ ſunt tāto paucio
res. Que i ſūmo ad illū ꝑducit̄. q̄
ſolus hō i hoībꝰ ⁊ ſine alteriꝰ ꝯpa
ratiōe natus ē ſcūs. Qui iuxta pſal-
miſte vocē factꝰ ē ſicͭ paſſer vnicus
in edificio. Tanto gꝰ magis mali
tolerādi ſūt. q̄to ⁊ āpliꝰ habūdāt.
Qꝛ ⁊ i aree tritura pauca ſūt gra-
na q̄ ſeruant̄ horreis. ⁊ grādes a
cerui palea. ū q̄ ignibꝰ cōburunt̄.
Sꝫ iā qꝛ largiēte deo nuptiaꝝ do
mū ideſt ſcāꝫ eccleſiā itraſtis. ſoler
ter frs aſpicite ne aliq̄d de mentis
vr̄e habitu rex igrediēs rephēdat
Cū magno. n. cordis timore pēſan
dū ē qđ ꝓtinus ſubdit̄. Intrauit
āt rex vt videret diſcūbētes. ⁊ vidit
ibi hominem non veſtitum veſte
nuptiali. Quid fratres chariſſi
mi exprimi per nuptialem veſtem
putamus. Si enim veſtem nu-
ptialem baptiſma vel fidem dici-
mus quis ſine baptiſmate ⁊ fide
has nuptias intrauit. Eo enim
ipſe fortis eſt quo nec dum credi-
dit. Quid ergo debemus intel-
legere nuptialem veſtem. niſi cha-
ritatē. Intrat enim ad nuptias ſed

cũ nuptiali veſte nõ itrat. qui intra
ſcãm eccleſiam aſſiſtens fidem ha-
bet. ſed charitatē non habet. Re
cte enim charitas nuptialis veſte vo
catur. Quia hanc ipſe conditor no
ſter habuit. dum ad ſociande ſibi
eccleſie nuptias venit. Sola quip-
pe dilectione dei actum eſt vt eius
vnigenitus mentem ſibi electorum
hominum muniret. Unde ⁊ ioan-
nes dicit. Sic enim dilexit deus
mundum. vt filium ſuum vnigeni
tum daret pro nobis. Qui ergo
per charitatem venit ad homines
eandem charitatem innotuit ve-
ſtem eſſe nuptialem. Omnis ergo
veſtrum qui in eccleſia poſitus de
um credidit. iam ad nuptias intra
uit. Sed cum nuptiali veſte nõ ve
nit. ſi charitatis grati. 3 non cuſto
dit. Et certe fratres ſi quis ad car
nales nuptias eſſet inuitatuſ. veſtē
mutaret. cõgaudere ſe ſpõſo ⁊ ſpõ
ſe ex ipſo ſui habitus decore oſtē-
deret. inter gaudentes ⁊ feſta cele-
brantes deſpectis veſtibus appa-
rere erubeſceret. Nos ad dei nu-
ptias venimus ⁊ cordis veſtē mu
tare dī ſimulamus. Congaudent
angeli. ad celum cum aſſummunt
electi. Qua ergo mente hec ſpiri-
talia feſta conſpici mus. q̃ nuptia-
lem veſtem ideſt charitatem que
ſola nos ſpecioſos exhibeat nõ ha
bemus. Sciendum vero eſt. qꝛ ſi-
cut in duobus lignis ſuperiori vi-
delicet ⁊ in feriori veſtis texit. Ita

in duobus preceptis charitas ha-
betur. In dilectiõe ſcilicet dei ⁊ di-
lectione proximi. Scr ptum quip
pe eſt diliges dñm deum tuum ex
toto corde tuo. ⁊ ex tota anima tua
⁊ ex tota virtute tua. ⁊ diliges pro
ximum tuum ſicut te ipſum. Qua
in re notandũ eſt. quia in dilectio
ne proximi menſura ponitur amo
ris cum dicitur. Diliges proximũ
tuum ſicut te ipſum. Dei autem di-
lectio nulla menſura conſtringitur
cum dī. Diliges dñm deum tuũ ex
toto corde tuo. ⁊ ex tota anima tua
⁊ ex omni virtute tua. Non enim iu
betur. quiſq3 quãtum diligat ſ3 ex
quanto. cum dicitur ex toto. Quia
ille veraciter deum diligit. qui ſibi
de ſe nihil reliquit. Duo ergo hec
neceſſe eſt vt charitatis precepta cu
ſtodiat quiſquis habere in nupti-
is veſtem nuptialem curat. Hinc ē
enim quod apud ezechielē prophe
tam porte ipſius ciuitatis in mon
te conſtitute veſtibulum duobus
cubitis menſuratur. quia nimiru3
acceſſus nobis celeſtis ciuitatꝭ nõ
panditur. ſi in hac eccleſia que pro
eo quod adhuc foris eſt veſtibulũ
dicitur dei ⁊ ꝓximi dilectione3 nõ
teneatur. Hinc eſt enim quod corti
nis tabernaculi iteri coccus bis tin
ctus iubet. Vos eſtis fratres vos
eſtis cortine tabernaculi. qui per fi
dem in cordibus veſtris ſecreta ce
leſtia velatis. Sed cortinis taber-
naculi bis tinctus coccus debet iu

eē. Coccus q̄ppe ignis ſpē tenet
Quid v̄o ē charitas niſi ignis. Sʒ
iſta charitas ee̅ bis tīcta dʒ. vt tīn
guat̄ p amorē dī tīguat̄. ⁊ p amo
rē ꝓximi. Qui. n. ſic amat deū: vt
p ꝯtēplationē illi⁹ negligat ꝓxi/
mū. cocc⁹ q̄dē ē. ſʒ bis tīct⁹ nō eſt.
Rurſū q̄ amat ꝓximū vt tñ ꝯtē/
platione dī p ei⁹ amorē relinq̄t.
Cocc⁹ ē. ſʒ bis tīct⁹ nō ē. vt g⁹ cha
ritas v̄ra bis tīct⁹ cocc⁹ ee̅ valeat
⁊ ad amorē ſe dei ⁊ ad amorē ꝓxi
mi accēdat q̄tin⁹ nec p ꝯpaſſiōez
ꝓximi ꝯtēplationē relinq̄t dī nec
plus quā dʒ īherēs ꝯtēplatiōi dī
ꝯpaſſionē abijciat ꝓximi. Ois ita
qꝫ hō īter hoīes viuēs ſic ad deū
āhelet quē dſiderat. vt tñ hūc nō
dſerat cū q̄ currebat. Et ſic huic
adiutoriū ferat. vt ab illo nullate
n⁹ torpeat ad quē feſtiābat. Sci
endū q̄qꝫ ē q̄d ipa dilectio ꝓximi
ī duob⁹ p̄ceptꝭ ſubdiuidit̄. cū qui
dā ſapiēs dic̄. Oē. q̄d tibi odis fi
eri. vid̄ ne ipe alteri faciaſ. Et p ſe
metipā ʒ v̄itas p̄dicat dicēſ. Que
multꝭ vt vobis faciāt hoīes ⁊ vos
eadē facite illis. Si. n. ⁊ q̄d ip̄edi
nob̄ recte volum⁹ alijs īptimur ⁊
q̄d nob̄ fieri nolum⁹ h̄ alijs facer̄
ipi deuitam⁹. charitatꝭ iura illeſa
ſuam⁹. Sʒ nemo cū quēpiā dili/
git h̄re ſe ꝓtin⁹ charitatē putet.
niſi pri⁹ ip̄aʒ vim ſue dilectiōis ex
amiet. Nā ſi q̄s quēlibet amat ſʒ
ꝑꝑ deū nō amat charitatē nō hʒ.
ſʒ h̄re ſe putat. Charitas āt vera ē
cū ⁊ ī deo diligit̄ amic⁹ ⁊ ꝑꝑ deū
diligit̄ inimic⁹. Ille. n. ꝓpter deū
diligit eos quos diligit. q̄ iā ⁊ eoſ
diligere a q̄bus nō diligit̄ ſcit. ꝓ
bari. n. charitas per ſolā odij ad/
uerſitatē ſolet. vñ p ſemetip̄ʒ do
minus dicit. Diligite inimicos ve
ſtros benefacite his q̄ oderūt voſ
Ille ergo ſecurus amat. qui pro/
pter deū ⁊ illū amat. a quo ſe intel
ligit non amari. Magna ſunt h̄
alta ſūt hec. ⁊ multis ad exhiben/
dum difficilia ſʒ tñ iſta eſt veſtis
nuptialis. Quiſquiſ hāc recūbēs
in nuptijs nō hʒ iā ſollicitus me/
tuat. ingrediente rege q̄n mittat̄
foras. Ecce. n. dr̄. Intrauit rex ad
nuptias vt vider̄t diſcūbētes. ⁊ vi
dit ibi hoīeʒ nō veſtituʒ veſte nu/
ptiali. Nos ſumus fratres qui in
nuptijs verbi diſcumbimus. qui
iā fidē in eccleſia hēmus. qui ſcri/
pture ſacre epulis paſcimur. qui
coniunctaʒ deo eccleſiaʒ eē gaude
mus. Conſiderate ergo ſi cuʒ nu/
ptiali veſte ad has nuptias veni/
ſtis cogitationes v̄ras ſollicita in
quiſitione diſcutite: de rebus ſin/
gulis corda v̄ra trutinate. ſi iā cō/
tra nulluʒ odiū hētis. ſi contra fe/
licitatem alienam nulla vos inui/
die face ſuccenditis. ſi per occultā
maliciam nemini nocere feſtinatꝭ
Ecce rex ad nuptias ingreditur
⁊ cordis noſtri habitum contem
platur. atque ei quem caritate ve
ſtitum non inuenit protinus ira/
tus dicit. Amice quomodo huc ī/
traſti. nō habēs veſteʒ nuptialeʒ.

Miradũz valde ẽ fr̃es chariſſimi
qḋ hũc ⁊ amicũ vocat ⁊ reprobat
Ac ſi ei apti⁹ dicat. Amice ⁊ nõ a
mice. Amice ꝑ fidẽ. ſ; nõ amice ꝑ
opatiõe;. At ille obmutuit. Qr
qḋ dici ſine gemitu nõ pt. i illa di/
ſtrictiõe vltie icrepatiõis oẽ argu
mentũ ceſſat excuſatiõiſ. Quippe
q᷑ ille foris iceperat. q̇ teſtis ꝯſciẽ
tie itus aīu; accuſat. S; inter hec
ſciẽdu; ẽ. q᷑. q̇ſq̇s hãc veſtẽ ꝟtutꝫ
h; ſ; tamẽ adhuc ꝑfecte nõ h;. ad
pij regis igreſſu; deſperare de ve
nia nõ d;. Qr ip̃e q̇q; ſpẽ nobiſ ꝑ
pſalmiſtã tribuẽs dic̃. Impfectũ
meũ viderũt oculi tui ⁊ i libro tuo
oẽs ſcribent. S; q᷑ pauca hec in
ꝯſolatiõe habẽtis ⁊ ĩfirmãtis di
ximuſ. Nũc ad eũ qui hãc oi mõ
nõ h; verba ꝟtamus. Sequit̃
tũc dicit rex miniſtris. Ligatꝫ ma
nib⁹ ⁊ pedib⁹ mittite eu; in tene/
braſ exteriores. ibi erit flet⁹ ⁊ ſtri
dor dẽtiu;. Ligantur tũc pedẽs ⁊
man⁹ ꝑ diſtrictionẽ ſentẽtie. q̇ mõ
a prauis opib⁹ ligari noluerũt ꝑ
meliorationẽ vite. Uel certe tũc
ligat pena q̇s mõ a bonis opibuſ
ligauit culpa. Pedes eni q̇ viſita/
re egrũ negligũt. man⁹ que nihil
indigẽtib⁹ tribuũt a bono ope iã
ex volũtate ligate ſũt. Que g̃ nc̃
ſpõte ligant̃ i vicio. tc̃ i ſupplicio
ligant̃ i vite. Bene ãt dĩ qḋ in ex
teriores tenebras ꝓijciat̃. In/
teriores q̇ppe tenebras dicimus
cecitatẽ cordis exteriores vero te
nebras eternã noctẽ damnatiõis

Tunc ergo damnatus quiſ/
que cum non interiores ſed in ex
teriores tenebras mittitur.
Quia illic inuit⁹ ꝓijcitur in noctẽ
damnationis qui hic ſponte ceci/
dit in cecitate; cordis. Ubi fletus
quoq; ⁊ ſtridor dentiũ eſſe perhi
betur vt illic dentes ſtrideant qui
hic de edacitate gaudebant. Illic
oculi defleant. qui hic per illicitas
concupiſcentias verſabantur in
mũndo. Quatinus ſingula que/
que membra ſupplicio ſubiaceant
que hic ſingulis quibuſque vitijs
ſubiecta ſeruiebant. Sed repulſo
vno in quo videlicet omne malo/
rũm corpus exprimitur. genera/
lis protinuſ ſententia ſubinfertur
qua dicitur. Multi autẽ ſunt vo/
cati pauci vero electi. Tremendũ
valde eſt fraters cariſſimi quod
audiuimus. Ecce nos omnes vo
cati iam per fidem ad celeſtis re/
gis nuptias venimus. incarnatio
nis eius myſterium ⁊ credimus ⁊
confitemur. Diuini verbi epulas
ſummimus. ſed futuro die iudicij
rex intraturus eſt. Quia vocati
ſumus nouimus. ſi ſum⁹ electi ne
ſcimus. Tanto egro neceſſe eſt vt
vnus quiſque noſtrum in humili
tate ſe deprimat. quanto ſi ſit ele/
ctus ignorat. Non nulli enim bo
na necincipiunt non nulli vero in
bonis que inceperit minime per
ſiſtunt. Alter pene totã vitam du
cere in prauitate conſpicitur. ſed
iuxta finem vite a prauitate ſua ꝑ

diſtricte penitentie lamenta reuocatur. Aliter electam videtur vitaꝫ ducere. ⁊ tamen hunc contingit ad erroris nequiciam iuxta fineꝫ vite declinare. Alius bonum bene inchoat. melius conſumat. alius in malis actibuſ a primeua etate ſe deijcit. ⁊ in eiſdem operibus ſemper ſe ipſo deterior conſumatur. Tanto ergo ſibi vnuſ quiſqꝫ ſollicite metuat quanto ignorat quod reſtat: quia quod ſepe dicēdum eſt ⁊ ſine obliuiōe retinēdū multi ſunt vocati pauci vero electi. Sed quia non nunquam mētes audientium plus exempla fidelium quam docentium verba conuertunt. Uolo vobis aliquid de proximo dicere. quod corda veſtra. tanto formidoloſius audiant. quanto eius hoc de propinquo ſonat. Neque enim res longe ante geſtas dicimus. ſed eas ꝺ quibus teſtes exiſtunt. eiſque interfuiſſe referunt memorattius.

Tres pater meus habuit ſororeſ que cuncte tres ſacrate virgines fuerunt. Quarum vna tariſilla. alia gordiana alia emiliana dicebatur. Uno omnes ardore reconuerſe. vno eodemque tempore ſacrate. ſub diſtrictione regulari degentes. in domo propria ſocialem vitam ducebant. Cumque eſſent diutius in eadem conuerſatione cepit quotidianis incrementis in amorem conditoris ſui tarſilla ⁊ emiliana ſuccreſcere. ⁊ cum ſolo hic eſſent corpore. quotidie aīo ad eterna tranſierant. At contra gordiane animus cepit a calore amoris intimi per quotidiana detrimenta tepeſcere: ⁊ pauliſꝑ ad huius ſeculi amorē redire. Crebro aūt tarſilla dicere emiliane ſorori ſue cū magno gemitu ſolebat Uideo gordianā ſororē nr̄am de nr̄a ſorte nō eſſe. Perpendo. n. qꝫ foras deſiuit. ⁊ cor ad qꝺ ꝓpoſuit nō cuſtodit. Quā curabat blanda quotidie redargutiōe corripere. atqꝫ a leuitate moꝝ ad grauitatē ſui habit⁹ reformare. Que quidē reſumebat vultū ſubito grauitatis inter verba correptiōis. ſed cum eiuſdem correptionis hora tranſiſſet. tranſibat protinus ⁊ ſuperducat grauitas honeſtatis.

Morque ad leuia verba redibat. puellarū gaudebat ſocietate laicarū. eiqꝫ pſona valde onero ſa erat quecunqꝫ huic mūdo dedita non erat. Quadam vero nocte huic tarſilie amite mee que interr ſorores ſuas virtute continue orationis. afflictionis ſtudio ſe abſtinētie ſingularis. grauitatis. vite venerabilis: in honore ⁊ culmine ſanctitatis excreuerat: ſicut ipſa narrauit per viſionem attauus meus felix huius romane eccleſie antiſtes apparuit: eique manſionem perpetue claritatis oſtendit dicens. Ueni quia in ac lucis manſione te ſuſcipio.

Que ſubſequente mox febre

correpta ad diez ꝑuenit extremuz
Et ſicut nobilibus feminiſ viriſq;
morientib⁹ multi cõueniunt q̃ eo
rum proximos conſulent. Eadẽ
hora eius exitus multi viri ac fe/
mine eius lectuluz circũſteterunt
Inter quas quoq; mater mea fu
it; cũ ſubito ſurſuz illa reſpiciens
ieſũ venientẽ vidit. ⁊ cum magna
aĩaduerſatione cepit circunſtanti
bus clamare dicens. Recedite re
cedite ieſus venit. Cũq; in euz itẽ
deret quẽ videbat. ſcã illa aĩa car
ne ſoluta eſt. Tantaq; ſubito illic
fragrantia miri odoris aſpſa eſt.
vt ipſa quoq; ſuauitas cunctꝪ oſtẽ
deret illic auctorẽ ſuauitatꝪ veniſ/
ſe. Cũq; corp⁹ eius ex more mor
tuorũ ad lauanduz eſſet nudatum
lõge orationis vſu in cubitꝪ eius ⁊
genib⁹ camelorũ more inuẽta eſt
obdurata cutis excreuiſſe ⁊ qđ vi
uens eius ſp̃s ſpegerit caro mor
tua teſtabat̃. Hec aũt geſta ſt̃ ante
dñici natalis diẽ. q̃ trãſacto mox
emiliane ſorori ſue ꝑ viſitationez
nocturne viſiõis apparuit dicẽs.
Veni vt q² natalẽ diẽ dñicũ ſine te
feci ſcm̃ theophanie diẽ tecũ iã fa
ciã. Cui illa ſ⁹ de ſororis ſue
gordiane ſalute ſolliccita rñdit. ⁊
ſi ſola venio ſororẽ nr̃az gordianã
cui cõmitto. Cui ſic aſſerebat. tri/
ſti vultu iterũ dixit. Veni gordia
na ⁊. n. ſoror nr̃a iter laicas depu
tata eſt. Quã viſionez mox mole/
ſtia corpis eſt ſecuta. atq; ita vt di
ctũ fuerat añ dñice appitiõis diẽ
eadez moleſtia igraueſcente dfun
cta eſt. gordiana aũt mox vt ſolã re
mãſiſſe ſe reppit ei⁹ prauitas ex/
creuit ⁊ qđ pri⁹ latuit i dſiderio co
gitatiõis ħ p⁹ effectũ praue actio
nis excreuit. Nã oblita dñici timo
ris. oblita pudoris. ⁊ reuerentie
oblita ꝯſecratiõis. cõductorem a/
groꝝ ſuoꝝ poſtmodũ maritũ du
xit. Ecce oẽs tres vno prius ardo
re ꝯuerſe ſũt. ſ; i vno eodẽq; ſtu/
dio nõ ꝑmãſerũt. q² iuſtã dñicaz
vocez. Multi ſũt vocati pauci ꝟo
electi. Hec igr̃ dixi. ne q̃s iã i bo/
no ope poſit⁹ ſibi vires bõi opis
tribuat. neq̃s de ꝓpria actiõe cõ
fidat. q² ⁊ ſi iã nouit hodie q̃liſ ſit
adhuc cras q̃d futurus ſit neſcit.
Nemo g⁹ d ſuis iã opib⁹ ſecuruſ
gaudeat. qñ adhuc i hui⁹ vite icer
titudĩe q̃s ſe finis ſeq̃t̃ ignorat. ſ;
q² rẽ retuli q̃ vos ex diuĩa diſtri/
ctiõe ꝑterruit. aliđ adhuc e vicio
refero qđ ex diuĩa mĩa ꝑt̃rita ve
ſtra corda ꝯſolet̃. Qđ tñ i ſmõe
alio me iã dixiſſe mẽini. ſ; vos ne/
quaq̃ affuiſtiſ. Añ bienniũ fr̃ q̃dã
in monaſterium meum quod iu/
xta beatorum martyrum ioanniſ
⁊ pauli eccleſiam ſitum eſt gratia
conuerſationis venit. qui diu re/
gulariter protractus quandoque
ſuſceptus eſt. Quem frater ſuus
ad monaſterium non conuerſio/
nis ſtudio ſed carnali amore ſecu
tus eſt. Is autem qui ad conuer/
ſationem venerat. valde fratribuſ
placebat. At contra frater illius

longe a vita eiꝰ ac moꝛibꝰ diſcre-
pabat. Uiuebat tñ in monaſterio
neceſſitate potius quam volũtate.
Et cũ in cunctis actibꝰ peruerſus
exiſteret ꝑ fr̄e ſuo ab oībꝰ equani
miter tollerabat̄. Erat. n. leuis
eloquio prauus actiõe. cultꝰ veſti
bus moꝛibꝰ incultus. Ferre vero
nõ poterat ſi quiſq̃ illi de ſci ha-
bitus cõuerſatiõe loqueret̄. Fa
cta ãt fuerat vita illiꝰ cunctis fra-
tribꝰ grauis ſꝫ tñ vt dictũ ē ꝑ fra
tris ſui grã erat cunctis tolerabi-
lis. Aſpernabat̄ valde ſiquis ſibi
aliquid de prauitatis ſue coꝛꝛe-
ptiõe loqueret̄. Bonũ nõ ſo lum
facere ſꝫ ēt audire nõ poterat.
Nũquã ſe ad ſcē cõuerſatõis ha
bitũ venire iurãdo. iraſcendo. de-
ridẽdo. teſtabat̄. In hac ãt peſtilē
tia que nuper huis vrbis populũ
magna ex parte cõſumpſit. percuſ
ſus in inguine ē ꝑductꝰ ad moꝛtē
Cũq; extremũ ſpm ageret. cõue
nerũt fratres vt egreſſũ illius oꝛ-
nãdo protegerēt. iã coꝛpus eius-
ab extrema fuerat parte ꝑmoꝛtu-
um. in ſolo tantũmõ pectoꝛe vita
lis adhuc caloꝛ anhelabat. Cũcta
aũt frēs tñ ꝓ eo ceperũt enixius
orare. quãto eñ iã videbãt ſub ce
leritate diſcedere. Cũ repēte ce-
pit eiſdē frībꝰ aſſiſtentibꝰ ad niſu
quo poterat clamare ⁊ orationes
eoꝝ interrũpere dicēſ. Redite re
dite ecce dracõi ad deuoꝛandum
datus ſum. qui propter vr̃aꝫ pre
ſentiã deuoꝛare me nõ põt. Ca-
put meũ in ſuo oꝛe iam abſoꝛbuit
date locum vt non me ampliꝰ cru
ciet ſed faciat quod facturus eſt.
Si ei ad deuoꝛaudum datus
ſum. quare propter vos moras
patioꝛ. Tunc fratres ceperunt
ei dicere. quid eſt quod loqueris
frater. Signuꝫ tibi ſancte cru
cis impꝛime. Reſpõdebat ille vt
poterat dicens. Uolo me ſignare
ſed non poſſum quia a dracone ꝑ
moꝛ. Cumque hoc fratres audi-
rent proſtrati in terra cum lachꝛy
mis ceperunt pro ereptione illius
vehementius orare. Ecce ſubito
cepit melioꝛatꝰ eger quibus vale
bat vocibꝰ exultare dicens. Gra-
tias deo ecce draco qui me ad de-
uoꝛandum acceperat fugit. orati-
onibus veſtris expulſus eſt ſtare
non potuit. pro peccatis meis mo
do intercedite. quia cõuerti para
tus ſum. ⁊ ſeculare vitam fundi-
tus relinquere. Homo ergo qui
ſicut iam dictum eſt ab extrema
parte coꝛpoꝛis fuerat parte pre-
moꝛtuus reſeruatus ad vitam to-
to ad deũ coꝛde conuerſus ē. Lõ
gis ⁊ continuis in conuerſatione
eadem ſeruatus flagellis eruditꝰ
atque ante paucos dies exercen-
te coꝛpoꝛis moleſtia d̄functus eſt
qui iam draconem moꝛiens non
vidit. quia illum viuendo per coꝛ
dis immutationem vicit. Ecce
fratres chariſſimi goꝛdiana quã
ſuperius dixi a ſanctimõialis ha
bitus excellentia coꝛruit ad penã

⁊ frater hic, ꝺ quo iſta narraui ab
ipſo mortis articulo rediit ad eter
nā vitā. Nemo ergo ſcit quid de
ſe in occultis dei iudicijs agatur.
q₂ multi ſūt vocati pauci vero ele
cti. Q₂ igit᷑ nulli de ſe certū electū
ſe eē reſtat vt oēs trepidēt oēs de
ſua actiōe formident. oēs in ſola
diuina miſericordia gaudeāt nul
lis ꝺ ſuis virib⁹ ꝓſumat. Eſt q̄ pſi
ciat fiduciā nr̄aꝫ ille. ſ. q̄ ſe digna
tus ē adſūmere naturā nr̄aꝫ. Qui
viuit ⁊ regnat cū p̄re i vnitate ſpi
ritus ſancti deus per oīa ſecula ſe
culorū amen.

Lec. ſci euāgelij ſecundū lucam.
Capitulo. xix.

In illo tp̄e cū apropīquaſ
ſet ieſus hieruſalē vidēs ci
uitatē fleuit ſup illā dicens.
Q₂ ſi cognouiſſes ⁊ tu. ⁊. reliq.

Omelia. xxxix. lec. eiuſdē habita
ad populū in baſilica beati ioānis

Lectionē ſci euāgelij breui
ſi poſſū volo ſermonē per
currere. vt illis i ea ꝓlixior
det᷑ intentio qui ſciunt ex paucis
multa cogitare. Quod flente do
mino illa hieroſolimoꝝ ſubuerſio
deſcribat᷑ que a veſpaſiano ⁊ ti
to romanis principib⁹ facta eſt.
Nullus qui hiſtoriā euerſionis
eiuſdē legit ingnorat. Romani
enim principes denunciant᷑ cum
d̄r q₂ venient dies in te ⁊ circun
dabūt te inimici tui vallo ⁊ circū
dabūt te ⁊ coanguſtabunt te vndi
q₃ ⁊ a terra ꝓſternēt te ⁊ filios
tuos qui in te ſūt. Hoc quoq₃ qꝺ
addit᷑ ⁊ nō reliquent in te lapidē
ſup lapidē. etiam ipſa iam eiuſdē
ciuitatis tranſmigratio teſtatur.

Quia dum nunc in eo loco
conſtructa eſt vbi extra portam
fuerat dominus crucifixus. prior
illa hieruſalem vt dicitur fundit⁹
ē euerſa. Cui ex qua culpa euerſi
onis ſue pena fuerat illata ſubiun
gitur. Eo quod non cognoueris
tempus viſitationis tue. Creator
quippe omnium per incarnatio
nis ſue myſterium hanc viſitare
dignatus eſt. ſed illa timoris ⁊ a
moris illius recordata non eſt.

Unde etiam per prophetam
in increpatione cordis humani
aues celi ad teſtimonium dedu
cuntur dum dicitur. Miluus in
celo cognouit tempus ſuum. tur
tur ⁊ hyrundo ⁊ ciconia cuſtodi
erunt tempus aduentus ſui. Po
pulus autem meus nō cognouit
iudicium. Sed querendum
prius eſt quid ſit quod dicitur vi
dens ciuitatem fleuit ſuper illam
dicens. quia ſi cognouiſſes ⁊ tu.
Fleuit ⁊ enim pius redemptor ru
inam perfide ciuitati quam ipſa
ſibi ciuitas non cognoſcebat eſſe
vēturā. cui fflēte dn̄o ꝑ̄ete d̄r. q₂ ſi
cognouiſſes ⁊ tu. ſubaudis fleue
ras. Que mō q₂ neſcis qꝺ iminet
exultas. Un̄ ⁊ ſubdit᷑. Et q̄dē in
hac die tua q̄ ad pacē tibi. cū eniꝫ
carnis ſe voluptatib⁹ daret ⁊ ven
tura mala non proſpiceret. in die

ſua que ad pacem ei eſſe poterant
habebat. Cur vero bōa preſen
tia ad pacem habuerit. manifeſta
tur cum ſubditur. Nunc au-
tem abſcondita ſunt ab oculis tu-
is. Si enim a cordis eiuſ ocu
lis mala que imminerent abſcō
dita non eſſent. leta in preſen-
tibus proſperis non fuiſſet. Cu-
ius mox etiam pena que de roma
nis ſicut predixi principibus im-
minebat adiuncta eſt. Qua de
ſcripta quid dominus fecerit ſub
ditur. Quia ingreſſus templū
cepit eijcere vendentes de illo ⁊
ementes dicens illis. Scriptum
eſt quia domus mea domus ora-
tionis eſt. vos autem feciſtis illaꝫ
ſpeluncam latronum. Quia
enim narrauit mala ventura ⁊ ꝓ
tinus templum ingreſſus eſt vt ď
illo vendentes ⁊ emētes deijceret
profecto innotuit quia ruina po-
puli maxime ex culpa ſacerdotuꝫ
fuit. Euerſionem quippe de-
ſcribens ſed vēdentes in templo
⁊ ementes feriens in ipſo effectu
ſui operis oſtendit vnde radix ꝓ
diit perditionis. Sicut autem
euangeliſta alio teſtante didici-
mus in templo columbe vēdeban
tur. Et quid per columbas niſi ſā
cti ſpiritus donum accipitur. Sꝫ
emētes ⁊ vendentes e templo eli
minat. quia vel eos qui pro mune
re impoſitiōem manuum tribuūt
vel eos qui donū ſpiritus emere
nitūtur damnat. De quo templo
mox ſubdicitur. Domus mea do
mus orationis eſt. Vos autem fe
ciſtis illam ſpeluncam latronum.
Qui enim ad accipienda numera
in templo reſidebāt profecto quia
quibuſdam non dāntibus leſiōes
exquirere dubium non erat. Do
mus ergo orationis ſpelūca latro
num facta fuerat quia ad hoc in tē
plo aſſiſtere nouerant vt aut nō dā
tes munera ſtuderēt corporalia ꝑ
ſequi: aut dantes ſpiritaliter neca-
re. Quia vero redemptor noſter
predicationis verba nec indignis
⁊ igratis ſubtrahat. poſtquā diſci
pline vigorē eiciēdo perſos tenu
it domū mox grē oſtēdit. Nā ſub
dit ⁊ erat docens q̄tidie in tem-
plo. Hec iuxta hiſtoriam bre
uiter tractando tranſcurrimus.
ſed quia euerſam hieruſalem no-
uimus atque euerſionem ſuam in
melius commutatam. quia expul
ſos latrones e templo atque ipſū
iam templum erutum ſcimus. De
bemus ex rebus exterioribus in-
trorſus aliquam ſimilitudinem
trahere. atque ex euerſis edificijs
parietum murum ruinam time
re. Videns enim dominus ie
ſus ciuitatem fleuit ſuper illam
dicens. Quia ſi cognouiſſes ⁊
tu. Hoc ſemel legit cum perituraꝫ
ciuitatem eſſe nunciauit. Hoc
quotidie redēptor nr̄ ꝑ electos ſu
os agere nullatenus ceſſat. cuꝫ q̄ſ
daꝫ ex bona vita ad mores repro
boſ pueniſſe ꝯſiderat. plāgit. n. eos

quī neſciunt cur plāgātur. q̄ iuxta
ſalomonis ꝟba letant̄ cū male fe-
cerint. ⁊ exultant in reb⁹ peſſimis.
Qui ſi dānationē ſuā q̄ eis iminet
agnouiſſent. ſemet ipſos cū lachry
mis delictoꝝ ſuoꝝ plāgerēt. Bene
autē piture aīe ſentētia q̄ ſubditur
cōuenit. Et quidē in hac die tua q̄
ad pacē tibi. nunc āt abſcōdita ſunt
ab oculis tuis. Suā hic diē habꝫ
aīa ꝑuerſa q̄ trāſitorio gaudet in tē
pore. Cui ea q̄ adſunt ad pacē ſunt
qꝛ dū ex rebus tēporalibus letatur
dū honoribus extollit̄ dū in carne
voluptate reſoluitur: dum nulla vē
ture pene formidine terret̄. pacē hꝫ
in die ſua q̄ graue dānatōis ſue ſcā
dalū in die hēbit aliena. Ibi. n. affli
genda eſt iuſti letabunt̄ ⁊ cuncta q̄
mō ei ad pacē ſunt tunc in amaritu
dinem rixe vertent̄. qꝛ rixari tunc
incipit cū dānationē quā patit̄ nō
expauit. cū cor a proſpiciendis ma
lis ſequentib⁹ oculis mentis clauſit
Unde ei dr̄. Nūc āt abſcōdita ſūt
ab oculis. Peruerſa q̄ppe aīa reb⁹
p̄ſentib⁹ dedita in terrenis volupta
tibus reſoluta abſcondit ſibi mala
ſequētia qꝛ ꝓuidere mala futura re
fugit q̄ p̄ſentē leticiā ꝑturbāt. Dū-
qꝫ in p̄ſentis vite ablectatōe ſedet.
q̄d aliō quā clauſis oculis ad ignē
vadit. Unde bene ſcriptū ē. In die
bonoꝝ ne immemor ſis maloꝝ. Et
vnde ꝑ paulū dr̄. Qui gaudent tan
quā nō gaudentes ſunt. Qꝛ ſi qua
eſt p̄ſentis tēporis leticia ita eſt agē
da vt nūquam amaritudo ſequētis
iudicij recedat a memoria. Q̄tinus
dū mens pauida extreme vltionis
timore tran ſfigit̄. quātum nūc pre
ſens leticia tantum poſt ira ſubſe-
quens tēperet̄. Hinc nāqꝫ ſcriptū
eſt. Beatus hō qui ſemꝑ eſt paui-
dus qui vero mentis eſt dure cor-
ruet in malum. Sequētis. n. ira iu
dicij tanto tūc diſtrictior portabit̄
quāto nūc ⁊ inter culpas minime
timet̄. Seqtur. Qꝛ venient dies i
te. ⁊ circūdabūt te inimici tui val
lo. Qui vnquam ſunt humane aīe
maiores inimici quāꝫ maligni ſp̄s
qui hāc a corpore exeuntē obſidēt.
quā in carnis amore poſitam dece
ptorijs delectationib⁹: fouēt. quā
vallo circundant. Qꝛ ante mentis
eius oculos reductis iniquitatib⁹
quas ꝑpetrauit. hanc ad ſocietatē
ſue dānationis trahētes coarctāt.
vt in ipſa iā extremitate vite depre
hēſa. ⁊ a q̄bus hoſtibus circūcluſa
ſit videat. ⁊ tām euadendi aditū in
uenire nō poſſit. qꝛ opari iāꝫ bona
nō lꝫ q̄ cū licuit agere contēpſit. De
quibus apte adhuc qđ ſeqtur intel
legi valet. Circundabūt te. ⁊ coan
guſtabūt vndiqꝫ. Maligni q̄ppe
ſp̄s vndiqꝫ aīam anguſtabāt. quā
do ei non ſolū operis verum ēt lo-
cutionis atqꝫ inſuper cogitationiſ
iniquitates replicant. vt q̄ prius ſe
ꝑ multa dilatauit i ſcelere ad extre-
mū de oībus anguſtet̄ in retribu-
tione. Seqtur. Et ad terram con-
ſternent te. ⁊ filios tuos q̄ in te ſūt.
Tunc aīa per cogitationē. reatus

ſui ad terram conſternit. cuȝ caro
quam vitam ſuā credidit redire ad
puluerem vrget. Tunc in morte fi
lij illius cadunt. cū cogitatiōes illi
cite q̄ modo ex illa ꝓdeūt. in extre
ma vite vltione diſſipantur. Sicut
ſcriptū eſt. In illa die pibūt oēſ co
gitatōes eoꝝ. Que ſcilicet dure co
gitationes intelligi etiam per lapi
dum ſignificationē valent. Naȝ ſe
quit. Et nō relinquēt inte lapideȝ
ſup lapidem. Peruerſa ꝛ.n. mens
cum peruerſe cogitationi adhuc p
uerſiorē adijcit. quid aliud quā la
pidem ſuper lapidem ponit. Sed
in deſtructa ciuitate ſuper lapideȝ
lapis non relinquitur. qꝛ cū ad vlti
onem ſuam aīa ducit. oīum ab illa
cogitationum ſuarum conſtructio
diſſipatur. Que cur hoc patiat ad
iungitur. eo qꝺ non cognoueris tē
pus viſitationis tue. Prauam quā
qꝫ aīam oīpotēs deus modis mul
tis viſitare conſueuit. Nā aſſidue
hanc viſitāt p̄cepto. aliquando aūt
flagello. aliquando xp̄o miraculo.
vt ꝛ xp̄a q̄ neſciebat audiat: ꝛ tm̄ ad
huc ſuperbiens atqꝫ contēnes aut
dolore compuncta redeat. aut bnfi
cijs deuicta malum qꝺ fecit erube
ſcat. Sed qꝛ viſitationis ſue tēpus
minime cognoſcit. illis in extremo
vite inimicis tradetur cū quibꝰ in
extremo iudicio dānationis perpe
tue ſocietate colligatur. Sicut ſcri
ptum eſt. Cum vadis cum aduerſa
rio tuo ad principeȝ in via. da ope
am liberari ab illo ne forte tradat
te ad iudiceȝ. Et iudex tradat te ex
actori ꝛ exactor mittat te in carce
rem. Aduerſarius q̄ppe nr̄ in via
eſt ſermo dei cōtrarius nr̄is carna
libus deſiderijs in preſenti vita. a
quo ipſe liberatur qui p̄ceptis eiuſ
humiliter ſubdit. Alioquin aduer
ſariꝰ iudici ꝛ iudex tradet exacto
ri. qꝛ ex ſermone deū cōtēpto reus
peccato tenebitur in exaīe iudicis
queȝ iudex exactor tradet. qꝛ hūc
maligno ſpiritui ad vltionē trahe
re pmittit. Vt compulſaȝ aīam ipe
ad penā de corpore exigat. q̄ ei ad
culpam ſponte conſenſit. Exactor
mittit in carcerē. Quia p malignū
ſpūm in inferno retruditur quouſ
qꝫ dies iudicij veniat. ex quo iā in
inferni ignibus ſimul ꝛ ipſe crucie
tur. Expleta igitur perditione ciui
tatis quaȝ nos ad pereuntis aīe ſi
militudinem traximus. protinus
ſubditur. ꝛ ingreſſus in templuȝ ce
pit eicere vendentes. ꝛ ementes de
illo. Sicut tēplum dei in ciuitate ē
ita in plebi fideli vita religioſoruȝ
ꝛ ſepe nonnulli religionis habitū
ſumunt ꝛ dum ſacrorum ordinuȝ
locum percipiunt ſancte religioniſ
officium in cōmertium terene ne
gociationis trahunt. Vendētes
quippe in tēplo ſūt. qui hoc quod
quibuſdaȝ iure cōpetit ad premiū
largiuntur. Iuſticiā .n. vendere eſt
hanc pro premij acceptiōe ſeruare.
Ementes vero in tēplo ſunt q̄ dū
hoc p ſoluere primo qꝺ iuſtuȝ eſt
ſolūt. dū qꝫ i ē iure debitam facer

contēnunt dato protinus premio
emūt peccatū. Quibus bene dicit
Domus mea dom⁹ orōnis ē. Uos
aūt fecistis illā speluncā latronuꝫ.
Qꝛ dū non nunquā ꝑuersi hoīes
locū religiōis tenēt. ibi malicie sue
gladijs occidit vbi viuificare pro
ximos orōnis sue intercessione de
buerunt. Tēplū quoqꝫ ⁊ domus
dei est ipsa mens atqꝫ conscientia
fideliū. que si quādo in lesioue pro
ximi ꝑuersas cogitatiōes profert
quasi in spelunca latrones residēt
⁊ simpliciter gradiētes interficiūt
quando in eos qui in nullo rei sūt
lesionis gladios defigūt. Mēs. n.
fideliū nō iam domus orōnis sed
spelunca latronis est. quando reli-
cta innocentia ⁊ simplicitate scita
tis illud conat agere: vnde valeat
ꝓximis nocere. Sed qꝛ contra ꝑ
uersa hec oīa ꝟbis redēptoris no
stri ꝑ sacras paginas indesinēter
instruimur. Nunc vsqꝫ hoc agitur
qꝺ actū fuisse ꝓhibet cū dicit. Et
erat docens quotidie in tēplo. Cū
enim mentē fideliū ad cauēda ma-
la subtiliter erudit quotidie ꝟitas
in tēplo docet. Sed sciendum no-
bis est qꝛ veritatis verbis ꝟaciter
erudimur. si extrema nr̄a forundo
lose ⁊ indesinēter aspicimus. Iux-
ta hoc qꝺ ꝑ quendā sapientē dicit
In oībus opibus tuis memorare
nouissima tua. ⁊ in eternuꝫ nō pec-
cabis. Pensare ꝙppe quotidie de-
bemus qꝺ eiusdem voce nr̄i redē-
ptoris audiuimus. Et quidem in
hac die tua que ad pacem tibi. n. cū
aūt abscondita sunt ab oculis tuis
Duꝫ. n. districtus iudex sustinet ⁊
adhuc manū non exercet in perse
cutione. dum ad retributionem vl
tionis vltime esse quedam tempo-
ris dilatio videtur debemus pen-
sare malum qꝺ sequitur. Pensan-
tes gēmere gēmentes vitare. Ea ꝙ
cōmisimus peccata indesinenter a
spicere. aspicientes flere flentes ab
stergere. Nulla nos prosperitatis
transitorie letitia dissoluat. nec mē-
tis nostre oculos ꝙ sunt trāsitoria
obstruant. nec cecos ad ignem du
cant. Si eniꝫ districte pensetur cu-
ius sit ponderis improperium. ex
ore veritatis agnoscitur cum negle
genti ⁊ futura nō prospicienti dr̄.
Et quidē in hac die tua que ad pa
cem tibi. nunc autē abscōdita sunt
ab oculis tuis. Nā cogitāduꝫ val
de est ꝗ̄tū nob̄ erit terribilis hora
nr̄e resolutōis. ꝙ pauor mētis. ꝗ̄ta
tūc oīum maloꝝ memoria. ꝙ obli-
uio trāsacte felicitatis. ꝙ formido
est ꝯsideratio iudicis. Quid g⁹ no
bis esse de presentib⁹ ad delectatio
nē debꝫ. ꝗ̄do cūctis simul trāseūti
b⁹ nō valet trāsire qꝺ iminet. ꝗ̄do
⁊ hoc fūditus finit qꝺ diligit. ⁊ il
lud icipit vbi dolor nunꝗ̄ finitur.
Tūc maligni sp̄s in egrediēte aīa
sua opa reqrūt. tunc mala ꝙ suase⁹
rūt replicāt. vt sociā ad tormētū tra
hāt. Sꝫ cur hoc ꝺ ꝑuersa solū mō
aīa dicim⁹. cū ad electos ꝗ̄sqꝫ egre
diētes veniāt. ⁊ suū i illis si ꝑualēt

aliq̄d req̄rāt. Unus āt i oīb⁹ exti-
tit q̄ ante paſſionē ſuā libā voce di
xit. Jā nō multa loq̄r vobcū̄ venit.
n. p̄nceps mūdi hui⁹. ⁊ i me nō hꝫ
q̄cquā. Qꝛ eniꝫ hūc mortalē hoīeꝫ
vidit ſuū̄ i illo mūdi p̄nceps. aliq̄d
inuenire poſſe ſe credidit. Sꝫ ſine
vllo peccato a mūdi hui⁹ correptio
ne exijt. q̄ ſine peccato ad mundūꝫ
venit. Hoc de ſe ꝯ mūdi p̄ncipem
nec petrus dicere p̄ſumpſit. q̄ audi
re meruit. Quecūq̄ꝫ ligaueris ſup
terrā ligata erūt ⁊ i celis. ⁊ qđcūq̄ꝫ
ſolueris ſup terrā ſolutū erit ⁊ i ce
lis. Hoc nec paulus dicere p̄ſūpſit
qui p̄us quā mortis debitū ſolue-
ret. ad celi tertij ſecreta puēit. Hoc
nec ioānes dicer̄ auſus ē. q̄ ꝓ amo
re p̄cipuo in redēptoris ſui pectore
in cena recubuit. Namcū prophe-
ta dicat. Ecce eniꝫ i iniquitatibus
conceptus ſum. ⁊ in delictis pepe-
rit me mater mea. Sine culpa in
mundo eſſe non potuit qui in mū-
dum cum culpa venit. Hinc nāq̄ꝫ
iſdem propheta ait. Non iuſtifi-
cabitur in conſpectu tuo omnis vi
uens. Hinc ſalomon ait. Non eſt
homo iuſtus in terra qui faciat bo
num ⁊ non peccet. Hinc ioānes di
cit. Si dixerimus quia peccatum
non habemus. ipſi nos ſeducimus
⁊ veritas in nobis non eſt. Hinc
iacob⁹ ait. In multis. n. offendim⁹
oēs. Conſtat enim qꝛ oēs q̄ de car
nis delectatiōe cōcepti ſunt. i eoꝝ
ꝓculdubio vel actione. vel locutio
ne. vel cogitatione aliq̄d ſuum p̄n

ceps mundi huius habuit. Sꝫ id
circo illos vel poſt rapere vel p̄us
tenet nō potuit. qꝛ eos ille a debitꝭ
ſuis eripuit q̄ ꝓ nobis ſine debito
mortis debitum ſoluit. Ut nos iō
ſub iure hoſtis nr̄i debita nr̄a non
teneāt. qꝛ ꝓ nobis mediator dei ⁊
hoīum hō xp̄s ieſus gratuita red
didit qđ nō debebat. Qui. n. ꝓ no
bis mortē carnis indebitaꝫ redd i
dit. nos a debita aīe morte libera-
uit. Ait ergo. Uenit eniꝫ princeps
mundi huius. ⁊ in me non hꝫ quic
quam Unde curandum nobis eſt
⁊ cum magnis quotidie fletib⁹ co-
gitādum. quā ſeuus quam terribi-
lis ſua in nobis opera requirēs in
die nr̄i exitus princeps mundi ve-
niat. ſi etiam ad deum carne moriē
tē venit. ⁊ in illo aliquid q̄ſiuit in q̄
inuenire nihil potuit. Quid itaq̄ꝫ
nos miſeri dicturi q̄d acturi ſum⁹.
q̄ i numera mala cōmiſim⁹. Quid
req̄renti aduerſario ⁊ multa ſua i
nobis inuenienti dicemus. Niſi ſo-
lum qđ nobis eſt certum refugiuꝫ
ſolida ſpes qꝛ vnū cuꝫ illo facti ſu-
mus in q̄ p̄nceps hui⁹ mūdi ⁊ ſuū
aliq̄d req̄ſiuit ⁊ iuenire minīe po-
tuit. quoniam ſolus eſt inter mor-
tuos liber. ⁊ a pcī iā ſeruicio ꝟaci
libertate ſoluimur. quia ei qui vere
liber eſt vnimur. Conſtat eniꝫ nec
negare poſſumus ſed veraciter fa-
temur. quia princeps huius mun-
di habet in nob̄ multa ſed tamen
mortis noſtre tēpore iam nos ra-
pere nō valet. quia eius mēbra aſſe

ci ſumus in quo nō hꝫ quicquaꝫ
Sed quid prodeſt quod eidem
redemptori nr̄o per fidem iungi-
mur. ſi ab eo moribus diſiunga-
mur. Ipſe ⁊. n. dicit. Nō oīs qui
dicit mihi dn̄e: domine intrabit in
regnū celorū. Recta ergo opa. fi
de recte iungenda ſunt. mala que
fecimus ꝑ quotidiana lamēta di
luamus. trāſactas nr̄as nequiciaſ
ſurgētia ab amore dei ⁊ ꝓximi
recta opera ſuperēt nulla que poſ
ſumus fratribus impēdere bona
recuſemus. Neqꝫ. n. aliter redem
ptoris noſtri mēbra efficimur niſi
inherēdo deo ⁊ compatiēdo ꝓxi
mo. Sꝫ qꝛ ad amorē dei ⁊ ꝓxi-
mi plerūqꝫ corda audiētiuꝫ plus
exēpla quā verba excitāt. Chari-
tati vr̄e. indicare ſtudeo qđ is qui
p̄ſto eſt filius meꝰ epiphaniꝰ dia
conus iſauria ꝓuincia exortus in
vicina factū terra licaōie ſolet nar
rare miraculū. Ait. n. qđ in ea qui
dā martyrius nōe vite valde ve-
nerabilis monachus fuit: qui ex
ſuo monaſterio viſitatiōis grā ad
aliud monaſteriū tēdebat cui ſpi
ritualis pr̄ ꝑerat. Pergēs itaqꝫ le
proſuꝫ quendā quē denſis vulne
ribus elefantinꝰ moribꝰ ꝑ mēbra
fedauerat inuenit in via volenteꝫ
ad ſuū hoſpitiū redire ⁊ pre laſſi-
tudine nō valebat. Ipſo vero itine
re ſe habere ꝓhibebat hoſpitū. q̄
iſdē martyrius monachus ire fe-
ſtinat. Uir aūt dei eiuſdē leproſi
laſſitudinem miſertus. palium q̄
veſtiebatꝰ in terrā ꝓtinus ꝓiecit
⁊ expādit. ac deſuper leproſuꝫ po
ſuit eumqꝫ ſuo pallio vndiqꝫ con
ſtrictū ſuꝑ humeruꝫ leuauit. ſecū
qꝫ reuertēs detulit. Cūqꝫ mona-
ſterij foribus ꝓpinquaret. ſp̄alis
pr̄ eiuſdē monaſterij magnis cla
mare vocibꝰ cepit. Currite ianuaſ
monaſterij citius aperite. qꝛ fra-
ter martyrius venit dn̄m portās
Statim vero vt martyriꝰ ad mo
naſterij aditū ꝑuenit. is qui lepro
ſus eē videbatꝰ de collo eius exili-
ens. ⁊ in ea ſpē apparēs quare co
gnoſci ab hoībꝰ ſolet redemptor
humani generis deus hō xp̄s ie
ſus ad celū martyrio aſpiciēte re-
dijt eiqꝫ aſcendēſ dixit. Martiri
tu me nō erubuiſti ſuꝑ terraꝫ ego
te n̄ erubeſcā ſuꝑ celos. Qui ſcūs
vir mox vt ē monaſteriū igreſſus
ei pr̄ mōaſterij dixit. Frater mar-
tyri vbi ē quē portabaſ. Cui ille re
ſpōdit dicēs. Ego ſi ſciſſem quis
eēt. pedes illiꝰ tenuiſſeꝫ. Tūc iſdē
martyrius narrabat qꝛ cū eū por
taſſet pōdus eiꝰ minime ſenſiſſet.
Nec mirū. Quō. n. pondus ſenti
re poterat. qui portantē portabat
Qua in re penſandū nobis eſt q̄
tum fraterna cōpaſſio valeat. q̄tū
nos oīpotēti deo mie viſcera cōiū
gant. Inde. n. ei qui ē ſuꝑ oīa ꝓpī
quamꝰ. vn̄ nos ꝑ cōpaſſionē ꝓxi
mi etiam ſub nos metipſos depo
nimus. In rebus corporalibꝰ ne-
mo alta tāgit niſi q̄ tēditꝰ. In
rebus vero ſpiritualibꝰ certum

eſt.qꝛ q̃to plus ꝑ cōpaſſionē attra/
bimur.tāto aliis ꝟius ꝓpinq̃mur
Ecce aūt redēptori generis hūani
ad edificationē nr̄am minime ſuffi
cit.qꝺ ī extremo iudicio dicturuꝫ ſe
eſſe ꝓhibuit.quā diu feciſtis vni de
his fratrib⁹ meis m̄ feciſtis.Niſi
ante iudiciū hoc in ſe oſtēderet.vt
videlꝫ demōſtraret.qꝛ q̄ſquis bo/
na oꝑa idigētib⁹ exhibet ⁊ hec ſpe
cialiter ipēdit cui⁹ hec amore exhi
buit.Et tāto plus in ſe.q̄ſqꝫ maio/
rē mercedē recipit.quāto nec eū de
ſpicit q̄ āplius deſpiciēdus videt.
Quid.n.in hūana carne ſublimi⁹
carne xp̄i q̄ eſt ſuꝑ angelos exalta
ta·Et quid i hūana carne abiectuſ
carne leproſi q̄ tu ineſcētibus vul/
neribus ſcindit.⁊ exalātib⁹ fetori
bus iplet.Sed ecce in ſpē leproſi
apparuit.⁊ is q̄ eſt reuerēdus ſuꝑ
oia videri deſpectus infra oia dedi
gnatus nō eſt.Cur hoc.niſi vt nos
ſenſu tardiores admoneret.q̄tinuſ
quiſquis ei qui in celo ē feſtinat aſ/
ſiſtere hūiliari in terra ⁊ cōpati ēt
abiectis ⁊ deſpicabilibus frib⁹ nō
recuſet.Hoc q̄ charitati v̄re ſub bre
uitate decreuerā.ſꝫ qꝛ nō eſt i hoie
via ei⁹ decurrēs ſermo retineri nō
pōt.quē diſponit ipē de q̄ loq̄mur
Qui viuit ⁊ regnat cū deo p̄re in vni
tate ſp̄s ſci d̄s ꝑ oia ſecu.ſeculo.am̄.
Lec.ſci euāgelij ſcd̄ꝫ lucā. Ca.xvi.
In illo tēpore.Dixit ieſuſ di
ſcipulis ſuis.Hō q̄dā erat
diues qui induebat purpu
ra ⁊ biſſo.⁊ epulabatur quotidie
ſplendide.⁊ reliqua.

Omelia.xl.eiuſdem habita ad
populum in hyeruſalem.

In verbis ſacri eloqui f̄res
chariſſimi prius ſeruāda ē
ꝟitas hiſtorie.⁊ poſtmodū
req̄rēda ſp̄ialis intelligētia allego
rie.Tūc nāqꝫ allegorie fructuſ ſua
uiter carpit cū p̄us ꝑ hiſtoriā ꝟi/
tatis radice ſolidat.Sꝫ qꝛ nōnū/
quā allegoria fidē edificat.⁊ hiſto
ria moralitatē.Nos q̄ auctore do
iā fidelib⁹ loquimus nō aberrare
credim⁹.ſi ipſū loq̄ndi ordinē poſt
ponam⁹.Quatinus q̄ fidem iā fir
mā tenetis p̄us de allegoria aliq̄d
breuiter audire debeatis.⁊ qꝺ vob
de moralitate hiſtorie valde eſt ne
ceſſariū.hoc i expoſitiōis nr̄e ordi
ne ſeruet extremū.Qꝛ ea plerūqꝫ
ſolent meli⁹ recoli q̄ cōtingit poſt/
modū audiri.Senſū g⁹ allegoricū
ſub breuitate trāſcurrim⁹.vt ad mo
ralitatꝭ latitudinem citi⁹ venire va
leamus.Hō quidā erat diues qui
induebat purpura ⁊ biſſo ⁊ epula
tur q̄tidie ſplēdide.Queꝫ f̄res cha
riſſi.queꝫ diues iſte q̄ iduebat pur
pura ⁊ biſſo ⁊ epulabat quotidie
ſplendide.Niſi iudaicū populū ſi
gnat.qui cultū vite exteri⁹ habuit.
q̄ accepte legis delicijs ad nitoreꝫ
vſus eſt nō ad vtilitateꝫ.Queꝫ ꝟo
lazarus vlcerib⁹.plenus.niſi genti
lem populū figuraliter exp̄mit.q̄
dū cōuerſus ad deū pc̄c̄a ſua cōfi/
teri nō erubuit.hui⁹ vulnus ī cute
fuit.In cutis quippe vulnere virus

a viſceribus trahit᷑ ⁊ foras erūpit.
Quid ē gº peccatoꝝ cōfeſſio niſi q̄
dā vulneꝝ ruptio. Qꝛ peccati viruſ
ſalubꝛiter apit᷑ in cōfeſſiōe. qđ pe/
ſtifera latebat i mente: ⁊ vulnera ⁊
n. cutis ī ſupficiē trahūt hūoꝛē pu
tredinis. ⁊ ꝯfitēdo pcā q̄d aliđ agi
mꝰ niſi malū qđ in nob̄ latebat api
mꝰ. Sꝫ lazarus vulneratus cupie/
bat ſaturari de micis. q̄ cadebāt de
mēſa diuitꝭ ⁊ nemo illi dabat. Qꝛ gē
tilē quēqꝫ ad ignitōēꝫ legis admit
tere ſupbꝰ ille populus đſpiciebat.
Qui dū doctrinā legis nō ad cha/
ritatē habuit ſꝫ ad elationē. q̄ſi đ ac
ceptꝭ opibꝰ tumuit. ⁊ qꝛ ei ꝟba flue
bāt đ ſciētia. q̄ſi mice cadebāt đ mē
ſa. At ꝯ iacentꝭ paupis vulnera lin
gebāt canes. Nōnūq̄ ſolēt i ſacro
eloq̄o ꝑ canes p̄dicatoꝛes itelligi.
Canū ⁊.n. lingua vulnus dū lingit
curat. qꝛ ⁊ doctoꝛeſ ſci dū in cōfeſſi
one pci nr̄i nos iſtruūt. q̄ſi vulnus
m̄tis ꝑ linguā tāgūt. ⁊ qꝛ noſ loq̄n
do a pcis eripiūt. q̄ſi tāgēdo vulne
ra ad ſalutē reducūt. Qꝛ.n. canum
noīe p̄dicatoꝝ lingua ſignat᷑. oſtē
dit᷑ dū ꝑ pſalmiſtaꝫ đr̄. Lingua ca
nū tuoꝝ ex inimicis ab ipo. Ex iu/
deis q̄ppe īfidelibꝰ ſci p̄dicatoꝛes
electi ſt᷑. Qui in aſſertiōe ꝟitatꝭ ꝯ
fures latroneſqꝫ veniētes magnos
ꝓ dn̄o vt ita dicā latratus dederūt.
Quo ꝯ de q̄rūdā reprobatiōe đr̄.
Canes muti nō valētes latrare. Qꝛ
igit᷑ p̄dicatoꝛes ſci pci dānant. ꝯfeſ
ſiōēꝫ ꝟo pcātoꝝ approbāt dicētes.
Cōfitemini alter vtrū pcā vr̄a ⁊ oꝛa
te ꝓ in inuicē vt ſaluemini. Ulcera
lazari canes lingūt. Sci.n. docto/
res dū gentiliū cōfeſſiōes accipiūt
mētiū vulnera ſaluti reſtituūt. Un̄
⁊ bn̄ lazarus interp̄tat᷑ adiutus. qꝛ
ipi hunc ad ereptionē iuuāt. q̄ eiuſ
vulnera ꝑ lingue coꝛreptōēꝫ curāt.
Pōt ēt ꝑ linctionē canū lata adulā
tiū lingua ſignari. Adulantibꝰ ⁊.n.
vulnera nr̄a lingere eſt. qđ plerūqꝫ
ſolent ēt ipa mala q̄ nos in nob̄ re
p̄hendimus īpꝛobo fauoꝛe lauda/
re. Contigit ꝟo vtrūqꝫ moꝛeret᷑
diues q̄ induebatur purpura ⁊ byſ
ſo ſepultus eſt in inferno. In ſinuꝫ
ꝟo abꝛahe lazarus deductꝰ ab an
gelis eſt. Quid habꝛahe ſinus niſi
ſecretam requiē ſignificat patris:
de q̄ ꝟitas dicit. Multi venient ab
oꝛiente ⁊ occidēte. ⁊ recumbent cū
abꝛaham ⁊ iſaac ⁊ iacob in regno
celoꝝ. Filij autē regni eijcient᷑ i te
nebꝛas exterioꝛes. Qui.n. purpu
ra indutus đr̄ recte regni filius vo
cat᷑. q̄ de longinq̄ ad videndū laza
rum oculos leuat. Qꝛ dū ꝑ dāna/
tiōis ſue ſupplicia infideles in imo
ſunt. fideles quoſqꝫ ante diē extre
mi iudicij ſup ſe in requiem ad ten
dunt. Quoꝝ poſt gaudia cōtēpla/
ri nullatenus poſſunt. Longe ꝟo ē
qđ cōſpiciūt. qꝛ illuc ꝑ meritū non
attingūt. In lingua aūt āplius ar/
dere oſtēdit᷑ cū đr̄. Mitte lazaꝝ vt
intīguat extremū digiti ſui i aquā
vt refrigeret liguā meā. qꝛ cruciоꝛ
in hac flāma. Infidelis populus
ꝟba legiſ in oꝛe tenuit. q̄ ope ſerua

re cõtempſit. Ibi erga amplius ar-
debat vbi ſe oſtendit ſcire quod fa
cere noluit. Qua propter bene do-
ctis ⁊ neglentibus per ſalomonem
dicitur. Omnis labor hominis in
ore eius. ſed anima illius non im-
pletur. Quia quiſquis hoc ſolum
modo laborat vt ſciat quod loqui
debeat. ab ipſa refectione ſue ſcien
tie mẽte vacua ieiũat. Ab extremo
digito ſe tãgi deſiderat. Quia eter
nis ſupplicijs dãnatus optat opa
tione iuſtorum vel vltima partici-
pari. Cui reſpondetur quod in hac
vita bona receperit. quia omne ſuũ
gaudium felicitatem trãſitoriã pu-
tauit hẽre hic ⁊. n. poſſũt ⁊ iuſti bo
na: nec tamẽ hec in re cõpenſatiõe
recipere. Qr dũ meliora. i. eterna
appetunt. eoꝝ iudicio q̃libet. bona
affuerunt. cũ ſcis deſiderijs eſtuãt
bona minime videntur. Unde dd̾
pphета qui regni diuitijs multiſqꝫ
obſequijs fulciebat̃ quãuis ⁊ hec
ad neceſſitatẽ bona eſſe cõſpiceret.
vni tamen ſingulariter bono inhiã
ter eſtuabat dicenſ. Mihi autẽ ad
herere deo bonũ eſt. Inter hec xᵒ
notandũ eſt qd̾ dr̃ memento fili.
Ecce. n. abrahã filiũ vocat. quez tñ
a tormẽto non liberat. Qm̃ huius
infidelis populi p̃cedentes patres
fideles qr multos a ſua fide deuiaſ
ſe conſiderant. eoſ nulla cõpaſſiõe
a tormentis eripiunt. Quos tamẽ
per carnez filios recognoſcunt. In
tormentis autẽ diues poſitus quin
qꝫ frẽs hẽre ſe per hibet. q̇ ſuperbꝰ
idẽ iudaicus populus q̇ ex magna
iam parte dãnatus eſt ſeq̃ces ſuoſ
quos ſuper terrã reliquit q̇nqꝫ li-
bris moyſi carnaliter intellectis vel
q̇nqꝫ ſenſibꝰ corporis deditos no-
uit. Quinario ergo numero frẽs
q̃s reliq̃rat exp̃mit. qr eos ad ſpãlẽ
intelligentiã arbitrabat̃ non aſſur
gere. in inferno poſitus gemit. Pe-
tijt vt ad eos lazarus mittat̃. cui qr
moyſen ⁊ pphas habeant dr̃. ſed
ait. Quia non credunt. niſi quis ex
mortuis reſurrexerit. Cui pꝛimus
reſpondetur. Si moyſen ⁊ pphas
non audient. neqꝫ ſiquis ex mortu
is reſurrexerit credẽt ei; ⁊ certe de
moyſe veritas dicit. Si crederetis
moyſi. crederetis vtiqꝫ ⁊ mihi. De
me enim ille ſcripſit impletur ergo
quod per abrahe reſponſionem di
citur. Ex mortuis enim dominus
reſurrexit. ſed iudaicus populus
quia moyſi credere noluit. ei etiam
qui reſurrexit ex mortuis credere
contempſit Cumqꝫ moyſi verba
ſpiritaliter intelligere. contempſit.
ad euz de quo moyſes locutus fue
rat non peruenit. Hec nos fratreſ
chariſſimi pro indagandis allego
rie myſterijs ſuccincte tranſcurriſ-
ſe ſufficiat. Nunc ad intuendaz
latius rei geſte moralitatem ani-
mus recurrat. Homo quidam erat
diues qui induebatur purpura. ⁊
byſſo. ⁊ epulabantur quotidie ſplẽ
dide. ⁊ erat quidam mendicus no
mine lazarus. qui iacebat ad ianuã
eius vlceribus plenus. Non nulli

putāt p̄cepta veteris teſtamēti di/
ſtrictiora eē quā noui. Sz hi nimi
rū īprouida cōſideratiōe fallūtur.
In illo .n. nō tenacitaſ: ſz rapīa mul
ctat. ibi res iniuſte ſublata reſtitu/
tiōe q̄drupli punit. Hinc āt diues
iſte nō abſtuliſſe aliena rephēdit.
ſed ꝓpria nō dediſſe. Nec dī q2 vi
quēpiā opp̄ſſit. ſz q2 ī acceptiſ reb⁹
ſe extulit. Hic g° hic ſumope colli/
gēdū ē. q̄ pena mulctāduſ ſit q alie
na diripit. ſi ī inferni dānatiōe ꝑcu
tit q ꝓpria nō largit. Nemo itaq3
ſecurū ſe exiſtimet dicēs. Ecce alie
na nō rapio ſz cōceſſis licite rebus
fruor. Q2 diues iſte nō id circo pu
nituſ ē qm̄ aliena abſtulit. ſz q2 acce
ptis reb⁹ ſua felicitate tumidus fu
it. q2 ꝑ accepta dona ſemetip̄uz ma
le derelinquit. Hocq3 ſolū fuit qđ
hūc in iferno tradidit. q2 ī ſua felici
tate tumiduſ fuit. q2 ꝑcepta dōa ad
vſuz arrogātie iflexit q2 viſcera pie
tat; ignorauit. q2 peccata ſua redi/
mere 7 iā cū ſibi habūdaret p̄ciuz
noluit. Et ſūt nō nulli q cultū ſubti
liū p̄cioſarūq3 veſtiū nō putāt eſſe
peccatū. Qđ ſi videlic3 culpā n̄ eēt
nequaq̄ ſmo dī tā vigilāter exp̄me
ret. qđ diues q torq̄tur apđ īferos
byſſo 7 purpura īdutus fuiſſz. Ne
mo q̄ppe veſtimēta p̄cipua niſi ad
inanē gloriā. q̄rit videlicet vt hono
rabilior ceteris eē videat. Nā q2
ꝓ ſola inani gloria veſtimētū p̄cioſi⁹
q̄rit res ipſa teſtat. qđ nemo vult
ibi p̄cioſis veſtib⁹ īdui vbi ab alijs
nō poſſit videri. Quā culpā poſſu/
m⁹ meli⁹ ēt ex diuiſo colligere q2 ſi
abiectio vilis īdumēti ꝟtus nō eēt
euāgeliſta vigilāter de ioāne nō di
ceret erat īdut⁹ pilis camelorꝫ. Sz
notādū nob̄ magnope ē. ī ore ꝟita
tis de ſupbo diuite 7 hūili paupe
q̄tus ſit ordo narratiōis. Ecce .n.
dī. Hō qdā erat diueſ 7 ꝑtinus ſb
īfert. 7 erat qdā mēdicuſ noīe laza
ruſ. Certe ī populo magis ſolēt no
mia diuitū q̄ paupuz ſciri. Quid
ē g° qđ dn̄s de paupe 7 diuite ver
bū faciēs nomē paupiſ dic. 7 nom̄
diuitis nō dicit. niſi qđ dn̄s hūiles
nouit atque approbat 7 ſuperbos
ignorat. Unđ 7 qbuſdā de miracu
lorꝫ ꝟtute ſupbientib⁹ ī fine dictu
rus ē. Neſcio vos vnđ ſitis diſcedi
te a me oēs q opamini iniq̄tatē. At
ꝯ more ſi dī. Noui te ex noīe. Ait
g° de diuite. Hō qdā. Ait de pau
pe 7 egeno noīe lazarus. Ac ſi ap/
te dicat. Paupez hūilē ſcio. ſupbuz
diuitem neſcio. Illū cognituz ꝑ ap
ꝓbatiōez hēo hūc ꝑ iuditiū repro
batiōis ignoro. Peſandū nob̄ ē ēt
ꝯditor n̄r oīa q̄ta ꝯſidratōe diſpē
ſat. Una 7 .n. res nō ꝓ vna re agit.
Nā ecce plenus vlcerib⁹ mēdicus
lazarus āte ianuā diuit; iacet. Qua
de re vna dn̄s duo iuditia expleuit
Habuiſſet .n. fortaſſe aliq̄ excuſati
onē diues ſi lazarus paup 7 vlcero
ſus āte ei⁹ ianuā n̄ ĩiacuiſſet ſi ei⁹
inopiā nō eſſet ocu lis ſuis ipor tu/
na. Rurſus ſi lōge eſſet diues ab
oculis vlceroſi paupis. minorē tol
raſſet in aīo temptationez paup.

Sz dn̄ egenū ꝛ vulneratū an̄ ianu
am diuitis ꝛ delitijs affluentisb
poſuit in vna eadēq; re ex viſione
pauperis nō miſereti diuiti cumu
lū dānationis intu lit ꝛ rurſū. Ex
viſiōe diuitis tēptatū q̄tidie pau-
perē ꝓbauit. Quātas nāq; hunc
egenū ꝛ vulnerib9 obſeſſum tem
ptatiōes creditis in ſua cogitatio
ne tolleraſſe. cū ipſe egeret pane ꝛ
nō hēret ēt ſalutē atq; ante ſe diui
tē cerneret ſalutē ꝛ diuitias hr̄e cū
voluptate ſe dolore ꝛ frigore affi-
ci. Illū gaudere cōſpiceret. byſſo
ꝛ purpura ve ſtiri ſe deprimi vul-
nerib9 illū diffluere accepti reb9
ſe egere illū nolle largiri. Quātos
putabim9 frēs chariſſimi tunc in
corde paupis tumult9 teptatiōis
fuiſſe cui certe poterat ad penā ſu
ficere pauptas ēt ſi ſan9 fuiſſet.
Rurſus ſuffeciſſet egritudo ēt ſi
ſubſidiū adeſſet. Sz vt ꝓbaret
ampli9 paup ſimul hūc ꝛ pauper
tas ꝛ egritudo tabefecit. Atq; in-
ſuper videbat ꝓcedētē diuitē ob
ſequētib9 cuneis fulciri. ꝛ ſe i infir
mitate ꝛ iopia a nullo viſitari. Nā
qꝛ nemo ei ad viſitanū aderat te-
ſtant canes qui licent vulnera li
gebāt. Ex vna ergo re omps de9
duo iuditia exhibuit dn̄ lazarum
pauperē ante ianuā diuitis iace-
re ꝑmiſit. vt ꝛ diues impi9 dāna
tiōis ſibi augeret vltionē ꝛ tēpta-
tus paup creſceret ad remunera-
tionē. Cōſpiciebat ille q̄tidie cui n̄
miſereret. videbat iſte de quo ꝑ-
aret. Duo iferi9 corda. ſz vn9 de
ſup īſpector qui ꝛ hūc tēptando
exercebat ad goriā ꝛ illū toleran
do expectabat ad penā. Nā ſeq̄t
Factū ē āt vt moreret mendicus. ꝛ
portaret ab angelis i ſinu abra-
he. Mortuus ē āt ꝛ diues ꝛ ſepul
tus ē in iferno. Qui nimirū diues
eū cui i hac vita miſereri noluit in
ſuo iā ſupplicio poſit9 patronū q̄-
rit. Nā ecce ſubi ūgit. Qꝛ eleuās
oculos cū eēt i tormētis. vidit ab-
rahā a lōge ꝛ lazarū i ſinu ei9 ꝛ ip
ſe clamās dixit. Pr̄ abrahā miſe-
re me i. ꝛ mitte lazarū vt iunguat
extremū digiti ſui i aqua ꝛ refri-
geret liguā meā qꝛ crutior in hac
flāma. O q̄ta ē ſublimitas iuditi
orū dei. O quā diſtricte agit bo
norū actuū malo ꝓq; retributio.
Certe ſupi9 dictū ē qꝛ i hac vita
lazar9 cadētes micas de mēſa di-
uitis q̄rebat ꝛ nemo illi dabat. nc̄
de ſupplicio diuit dr̄ qꝛ ab extrēo
digito lazari diſtillari aquā i ore
ſuo ꝯcupiſcit. Hic g9 frēs colligi-
te q̄ta ſit diſtrictio ſeueritat dei.
Diues. n. ille q̄ vulnerato paupe-
ri menſe ſue vel minima dare nolu
it in iferno poſitus vſq; ad minia
querenda peruenit. Nam guttā
aque petijt qui micas panis nega
uit. Sed notandum valde eſt. qd
ſit quod diues in igne poſitus lin
guam ſuam refrigerare petijt.
Mos quippe eſt ſacri eloquij vt
aliquando aliud dicat ſed ex eo-
dem dicto aliud innuat. Superi-

lis aũt hũc ſupbũ diuitẽ dñs non
loquacitati vacãte dixerat ſʒ ſup
flue cõuiuãtẽ. Necʒ hũc de eloq̃
citate narrauit ſʒ cuʒ elatõe ⁊ tena
cia de edacitate peccaſſe. Sʒ qꝛ
habũdare i cõuiuijs loquacitas
ſolet. hic qui hic male cõuiuatus
dr̃: apud infernũ grauiꝰ in lingua
ardere perhibet. Pria nãqʒ ma
le cõuiuãtibꝰ famulat̃ culpa loq̃
citatis: poſt loquacitatẽ vero ludẽ
di ẽt leuitas ſequit̃. Nã qꝛ edaci
tatẽ luſus ſequat̃ ſacra ſcã ſcriptu
ra ait. Sedit populus mandu
care ⁊ bibere ⁊ ſurrexerũt ludere
Sʒ pͥus quã ad luſũ moueat̃: cor
pus ad iocos: ad verba inania
mouet̃ lingua. Quid ergo ẽ qđ
innuit̃ qꝛ i tormen poſitus di
ues linguã ſuã refrigerari poſtu
lat niſi qđ is qui cõuiuãdo magiſ
de loquacitate peccauerat ꝑ retri
butiõis iuſticiã in lingua atrociuſ
ardebat. Sʒ cũ graui valde eſt
pauore pẽſandũ hoc qđ ei ꝑ abra
he reſpõſionẽ dr̃. Fili recordare
qꝛ recepiſti bona i vita tua ⁊ laza
rus ſimiliter mala. Nunc hic con
ſolat̃. tu vero cruciaris. Iſta fra
tres chariſſimi ſentẽcia pauorẽ po
tius indiget quã expoſitiõe. Nã
ſi qui eſtis qui i hoc mũdo exteri
oris boni aliquid accipitis. ipſuʒ
vt ita dicã domini exteriꝰ ptime
ſcere debetis. ne vobis ꝓ quorun
daʒ veſtrorũ actuũ recõpenſatio
ne ſit datũ. Ne iudex qui hic bõa
exteriora reſtituit. a retributione
boni intimi repellat. Nec honor
hic vel diuitie nõ adiumẽtuʒ vir
tutis ſed remuneratio ſint laboriſ
Ecce. n. dũ dr̃ recepiſti bona in vi
ta tua. indicat̃ ⁊ diues iſte boni
aliquid habuiſſe ex quo i hac vi
ta bonũ reciperet. Rurſuſqʒ duʒ
de lazaro dr̃ qꝛ recepit mala ꝓfe
cto mõſtrat̃ ⁊ lazarũ habuiſſe ma
luʒ aliquid quo purgari debuiſſet
Sʒ mala lazari purgauit ignis i
opie ⁊ bõa diuitis r̃muneratur fe
licitas trãſeunt̃ vite. Illũ pauper
tas afflixit ⁊ terſit. Iſtuʒ habũdã
tia remunerauit ⁊ repulit. Quicũ
que ergo bñ i hoc ſeculo habẽt cũ
vos bona egiſſe recolitis. valde ď
ipſis ptimeſcite nec cõceſſa vobis
ꝓſperitaſ eorũdẽ remuneratio ſit
bonorꝫ. ⁊ cũ quoſlibʒ pauperes ñ
nulla rephẽſibilia ꝑpetrare cõſpi
citis nolite deſpicere qꝛ fortaſſe q̃
ſupfluitas tenuiſſime prauitatꝭ in
quinat caminꝰ paupertatꝭ purgat
De nobis oĩo ptimeſcite qꝛ nõnul
la. ⁊ iaʒ male acta ꝓſpera vita ſe
cuta ẽ. De illis vero ſollicite penſa
te qꝛ eorũ vitã magiſtra pauper
tas cruciat quouſqʒ ad vite recti
tudinẽ ꝑducat. Sequit̃ ⁊ i his
oĩbꝰ iter nos ⁊ vos chaos ma
gnũ firmatũ ẽ. vt hi qui volũt ad
uos tranſire nõ poſſint necʒ inde
huc trãſmeare. Qua i re valde q̃
rẽdũ ẽ quõ dicat̃ hi q̃ volunt ad
vos trãſire ñ poſſint. Qꝛ. n. hi q̃ i
iferno ſt̃ ad btõꝝ ſortẽ trãſire cu
piũt dubiũ ñ ẽ. Qui vͦo iã i btitu

dinis ſorte ſuſcepti ſunt q̄ pacto dī
qꝛ tranſire ad eos q̄ in inferno cru
ciant̄ volūt. Sꝫ ſic tranſire repro-
bi ad electos cupiūt id eſt a ſuppli-
cioꝝ ſuoꝝ afflitiōe migrare. ita ad
afflictos atqꝫ in tormētis poſitos
tranſitus iuſtoꝝ ē mēte ire ꝑ miaꝫ
eoſqꝫ velle liberare. Sed q̄ volunt
de beatoꝝ ſede ad afflictos atqꝫ in
tormentis poſitos trāſire non poſ
ſunt. qꝛ iuſtoꝝ aīe quamuis in ſue
nāe bonitate miaꝫ hēant. iā tūc au-
ctori ſuo iuſticie ꝯiūcte tāta rectitu
dine aſtrigunt̄. vt nulla ad repro-
bos ꝯpaſſione moueant̄. Ipi q̄p-
pe iudici cōcordant. cui inherēt. ⁊
eis q̄s eripe nō poſſunt nec ex mia
cōdeſcēdūt. Quia tantū illos tunc
a ſe videbūt extraneos. quantuꝫ ⁊
ab eo quem diligūt auctore ſuo cō-
ſpiciūt repulſos. Nec iniuſti ergo
ad beatoꝝ ſortē tranſeūt. qꝛ dāna
tione ꝑpetua cōſtringunt̄. Nec iu
ſti tranſire ad reprobos poſſūt. qꝛ
recti per iuſticiaꝫ iudicis eis nullo
mō ex aliqua cōpaſſione miſerent̄
Sed poſtquam ardēti diuiti de ſe
ſpes tollit̄ ei⁹ aīus ad ꝓpinq̄s q̄s
reliquerat recurrit. Qꝛ reproborū
mētes pena ſua quandoqꝫ inutili-
ter erudit ad charitatē vt iam tunc
ēt ſuos ſpāliter diligant q̄ hic duꝫ
peccata diligerent nec ſe amabant.
Unde nūc ſubdit̄. Rogo g° te pr̄
vt mittas eū in domū patris mei.
Habeo. n. quinqꝫ frēs vt teſtet̄ il-
lis ne ⁊. ipſi veniant in locuꝫ hunc
tormētorū. Qua i re notandū eſt

ardēti diuiti q̄ta ad ſuppliciū cu-
mulāt̄. Ad penā nāqꝫ ſuā ei ⁊ co
gnitio ſuat̄ ⁊ memoria. Cogno-
ſcit. n. lazaꝝ quē deſpexit. Fratrū
q̄qꝫ ſuoꝝ meminit q̄s reliq̄t. Per
fecta q̄ppe ei vltio d̄ paupē n̄ ēet
ſi hūc i retributiōe nō cognoſce-
ret. Et ꝑfecta pena i igne nō ēēt ſi
nō hoc qd̄ ipe patit̄ ēt i ſuis time
ret. Ut g° pcōres i ſupplicio am-
pli⁹ puniant̄ ⁊ eoꝝ vidēt gloriaꝫ
q̄s ꝯtēpſerūt. ⁊ de illoruꝫ ēt pena
torquēt̄ q̄s inutiliter amauerūt.
Credēdū ꝟo ē qd̄ an̄ retributiōeꝫ
extremi iudicij iniuſti i req̄e q̄ſdā
iuſtos aſpiciūt. vt eos vidētes in
gaudio. nō ſolū de ſuo ſupplitio.
ſꝫ ēt de illoꝝ bono crucient̄. Juſti
ꝟo i tormētis ſp̄ ītuent̄ iniuſtos.
vt hic eoꝝ gaudiū creſcat qꝛ malū
ꝯſpiciūt. qd̄ miſericordit̄ euaſerūt.
Tātoqꝫ maiores creatori ſuo grā
referūt. q̄to vidēt i alijs q̄d ipi ꝑ
peti ſi eſſent derelicti potueruut.
Nec illam tante beatitudinis cla-
ritatem apud iuſtorum animum
fuſcat aſpectu pena reproborum
quia vbi iam compaſſio miſerie
nō erit minuere, pculdubio btōꝝ le
titiā n̄ valebit. ſic naqꝫ iuſtoꝝ ocu
lis i illa btītudinis arce gaudētiū
iferni ſupplicia ſupponūt̄. ſic i pi
ctura inger color ſbſternit̄ vt alb⁹
vel rube⁹ clarior videat̄. qꝛ ſic di-
citū ē tanto bōis ſua gaudia excre
ſcūt q̄to coꝝ oculis dānatoꝝ mala
ſbt̄ iacēt q̄ euaſerūt. Et q̄uis ei ſua
gaudia ꝑfruēdum plene ſufficiā

mala tamē reproboꝝ abſqꝫ dubio ſemꝑ aſpiciūt. qꝛ q creatoriſ ſui claritatē videt. nihil i creatura agit q videre nō poſſent. Petēti āt diuiti vt lazarus mittat. ab abrahā ꝓtinus reſpōdet. Habēt moyſē ⁊ ꝓphās audiāt illos. Sꝫ qd dī ꝟba dſpexerat. hec audire nō poſſe ſuos ſeqces eſtiabat. Vn̄ ⁊ reſpōdit diues. Nō pr̄ mi ſꝫ ſi qs ad eos ex mortuis ierit credēt. Cui mox ꝟaci ſnia dr̄. Si moyſen ⁊ ꝓphās n̄ audiūt. neqꝫ ſi qs ex mortuis reſurrexerit credet ei. Qꝛ nimiꝝ q ꝟba legis deſpiciūt. redēptoris ꝑcepta q ex mortuis reſurrexerit q̄to ſubtiliora ſt̄ tāto hec diff icili⁹ iplebūt. Minus ē. n. qcqd ꝑ legē dr̄ quā h̄ q ꝑ dn̄z iubet. Illa. n. dari dcimas ꝑcipit. redēptor nr̄ ꝟo ab his q ꝑfectōez ſecunt oia dimitti iubet. Illa pcā carniſ reſecat. Redēptor vero nr̄ illicitas ēt cogitatiōes dānat Si g⁹ moyſē ⁊ ꝓphās nō audiūt neqꝫ ſi qs ex mortuis reſurrexerit credēt ei. Qꝛ hi q viliora ꝑcepta legis iplere neglegūt ſaluatoris nr̄i mādatꝭ altiorib⁹ obedire q̄do cōualeſcūt. Et nimiꝝ cōſtat. qꝛ cui⁹ iplere dicta renuūt ei proculdubio credere recuſāt. Hec nos de ipa rei geſte ꝯſideratiōe dixiſſe ſufficiat. ſꝫ vos frēs chariſſimi ⁊ requiē lazari ⁊ penā diuitiſ cognoſcētes. ſollerter agite culpaꝝ vrāꝝ inter ceſſores q rite. aduocatos vob̄ indiem iudicij pauperes ꝓcurate. Multos ⁊. n. nūc lazaros hētis āte ianuas vr̄as iacētes. atqꝫ his idigēt q vob̄ iāciatꝭ q̄tidie d mēſa cadūt. Verba ſacre lectiōis debēt nos iſtruere ad iplēda mādata pietatꝭ. Quotidie lazaros ſi q̄rim⁹ inuenim⁹. q̄tidie lazaros ⁊ ſi nō q̄rim⁹ cernim⁹. Ecce iportune ſe pau ꝑes offerūt. rogāt nos q tc̄. ꝓ nob̄ iterceſſores veniēt Certe nos oino rogare debuim⁹ ⁊ tn̄ rogamur. videte ſi negare dbeamus qđ petimur. q̄do patroni ſūt q petūt. Nolite mie tepora ꝑdere nolite accepta remedia diſſimulare Ante ſuppliciū cogitate de ſupplicio. Cū qs libet. in hoc mūdo abiectoſ aſpicitꝭ. ēt ſi q rephēſibilia eoꝝ eē videant nolite deſpicere. qꝛ fortaſſe qs mox infirmitas vulnerat medicina pauptatis curat. Quoꝝ ſi q ſūt talia q debeāt iure rephēdi hec ſi vultis ad vſuz vr̄e mercedis i flectitꝭ. vt ex ipſis eoꝝ vicijs cumulent vob̄ icremēta pietatis q̄tinus panē pariter detis ⁊ ꝟbū. Panē refectiōis cū ꝟbo correptiōis. ⁊ duo a vob̄ alimēta ꝑcipiat q a vob vnū q̄rebat. dū exterius cibo ⁊ iterriuſ ſaciat eloqo. Paup g⁹ cū rephēſibilis cernit. moneri debꝫ ⁊ deſpici nō debet. Si ꝟo rephēſiōis nihil hꝫ. venerari ſumope ſic interceſſor debet. Sꝫ ecce multoſ cernim⁹ qs cui⁹ ſint meriti neſcim⁹ oēs g⁹ venerādi ſūt. Tātoqꝫ neceſſe ē vt oib⁹ te humiliare debeas quanto quis eorum ſit xp̄s ignoras.

Em frēs refero. quā bn̄ is q ꝑſto ē frater ⁊ cūpſbr me⁹

ſpecioſus nouit. Eodē tēpoꝛe q̄ mo
naſteriū petij. anus quedā redēpta
noīe in ſcō moniali habitu ↄſtituta
in vrbe hac iuxta btē marie ſp̄ ꝟgi
nis eccleſiā manebat. Hec illi⁹ hi
rūdinis diſcipula fuerat. q̄ magnis
virtutib⁹ pollēs ſup p̄neſtinos mō
tes vitā eremeticā duxiſſe ferebat.
Huic due in eodē habitu diſcipule
adherebant. vna noīe romula ꝛ al
tera q̄ nūc adhuc ſup ē. quā q̄dē fa
cie ſcio. ſed noīe neſcio. Tres itaqꝫ
he in vno habitaculo cōmanentes
moꝝ q̄dē diuitijs plenā ſed tn̄ reb⁹
pauperē vitā ducebāt. Hec āt quā
p̄fatus ſū romula aliā quā dixi cū
diſcipulā ſuā magnis vite meritis
ante ibat. Erat q̄ppe mire pacien
tie. ſūme obediētie cuſtos oꝛis ſui
ad ſilentiū. ſtudioſa valde ad cōti
nue oꝛonis vſum. Sed qꝛ pleruſqꝫ
ij q̄s iā pfectos hoīes eſtimant ad
huc in oculi ſūmi opificis aliq̄d in
perfectiōis habēt. Sic ſepe iperiti
hoīes nec dū pfecte ſculpta ſigilla
cōſpicimus ꝛ iā q̄ſi perfecta lauda
mus. Que adhuc artifex ↄſiderat
ꝛ limat. laudari iā audit. ꝛ tamē ea
tūdere meliorādo nō deſinit. Hec
quā p̄dixim⁹ romula ea quā greco
vocabulo medici paralyſin vocāt
imoleſtia coꝛpoꝛali percuſſa eſt.
Mul tiſqꝫ annis in lectulo decu
bās p ene oī iacebat mēbꝛoꝝ offi
cio deſtituta. Nec tn̄ hec eadē eius
mēte ꝫ ad impatiētiā flagella pdu
xerāt. Nā ipa ei detrimēta mem
broꝝ facta fuerūt icremēta ꝟtu
tū. Qꝛ tāto ſollicit⁹ ad vſū oꝛonis
excreuerat. q̄to ꝛ aliud q̄dlibꝫ age
re ne quaq̄ȝ valebat. Nocte igit̄
quadā eandē redēptā quā p̄ fat⁹
ſū q̄ vtraſqꝫ diſcipulas ſuas filia
rū loco nutriebat vocauit dicēs.
Ma ter veni mr̄ veī. Que mox
cū alia ei⁹ cū diſcipula ſurrexit ſi
cut vtriſqꝫ referentib⁹ ꝛ multis res
eadē claruit. ꝛ ego quoqꝫ i eodē
tpe agnoui. Cūqꝫ noctis medio le
ctulo iacētis aſſiſterēt. ſbito celit⁹
lux emiſſa oē illius cellule ſpatiū
ipleuit ꝛ ſplēdoꝛ tāte claritatis emi
cuit vt coꝛda aſſiſtētiū ineſtimabi
li pauoꝛe p ſtringeret atqꝫ: vt poſt
ipſe referebāt oē in eis coꝛpus ob
rigeſceret. ꝛ i ſubito ſtupoꝛe rema
neret. Cepit nāqꝫ q̄ſi cuiuſdā ma
gne multitudinis ingredientis ſo
nitus audiri. Oſtiū cellule ↄcuti ac
ſi ingrediētiū turba p̄meret. Atqꝫ
vt dicebāt intrātiū multitudinē ſē
ciebant ſꝫ nimietate timoꝛis ꝛ lu
minis nihil videre poterāt. Qꝛ ea
rū oculos ꝛ pauoꝛ depſſerat ꝛ ipa
tanti lūinis claritas reuerberabat.
Quā luce ↄtin⁹ miri odoꝛis ē fra
grātia ſubſecuta. ita vt earū aīum
qꝛ lux emiſſa terruerat odoꝛ ſua
uitas refouet. Sꝫ cū claritatis illi⁹
ferre nō poſſēt. cepit eadē romula
aſſiſtētē ꝛ tremētē redemptā ſuoꝝ
moꝝ magiſtrā blāda voce ↄſolari
dicēs. Noli timere mr̄ nō moriar
mō. Cūqꝫ hoc crebꝛo diceret pau
latī lux q̄ fuerat emiſſa ſubtracta
Sꝫ is q̄ ſubſecut⁹ ē odoꝛ remā

ſit. Sicq3 dies ſcd's 7 tertius trã/
ſijt. vt aſpſa fragrãtia odõis mane
ret. Nocte igit quarta eãdē magi
ſtrã ſuã itez vocauit. Qua veniēte
viaticũ petijt 7 accepit. Nec dũ ve
ro eadē redēpta vel alia ei⁹ diſcipu
la a lectulo iacētis abſceſerãt. 7 ec
ce ſubito in platea ante eiuſdē cellu
le hoſtiũ duo chori pſallētiũ cõſti
terũt: 7 ſic dicebãt ſexus ex vocib⁹
diſcrepaſſe pſalmodie cantus dice
bãt viri 7 femine reſpõdebãt. Cũ
q3 ante fores cellule exhiberent ce
leſtes exequie ſcã illa aia carne ſo
luta ē. Qua ad celũ ducta q̃tũ cho
ri pſallētiũ altius aſcēdebãt. tanto
cepit pſalmodie cãtus lenius audi
ri. quouſq3 7 eiuſdē pſalmodie ſo
nitus 7 odoris ſuauitas elõgata fi
niret. Hec igit quãdiu uixit in cor
pore qs illã hēret in honore. indi
gna cunctis deſpecta oib⁹ videbã
tur. Quis ad illã accedere. qs illaz
videre dignaret. Sed illa Sz la
tebat in ſterquilinio margarita dei
Sterquilinũ fres hãc ipſaz corru
ptibilitatē corporis appello. Ster
quilinũ abiectiōez paptatis nomi
no Aſſũpta ē g⁹ margarita q̃ iace
bat in ſterquilinio. 7 poſita in cele
ſtis regis ornamēto. Jã inter ſup
nos ciues emicat. iã inter ignitos il
los lapides eterni diadematis cor
ruſcat. O uos q̃ in hoc mũdo diui
tes aut eē creditis aut eſtis cõferte
ſi poteſtis falſas diuitias vr̃as ve
ris diuitijs romule. Uos in huius
mundi via oia amiſſuri poſſidetis il
la nihil q̃ ſiuit in itinere. 7 oia inue
nit in puentiōe. Uos letã vitã du
citis. triſtē mortē timetis. Jlla triſtē
ſtē vitã ptulit ad letam mortē pue
nit. Uos ad tēpus q̃ritis obſequia
hoium. Jlla deſpecta ab hoib⁹ in
uenit ſotios choros ãgeloz. Diſci
te igit fres tēporalia cũcta deſpice
re: Diſcite honorē trãſeũtē ɔtēpne
re. 7 eternã gloriã amare. Honora
te quos pauperes cernitis. 7 quos
foris conſpicitis deſpectos ſeculi
intus arbitramini amicos dei.
Cum his participamini quod ha
betis. vt quandoq3 dignent parti
cipare vobiſcũ qd habēt. Penſate
qd ore magiſtri gentiũ dr̃. In hoc
tēpore vr̃a habũdãtia illoz inopiã
ſuppleat. vt 7 illoz habũdãtia vr̃e
inopie ſupplemētũ ſit. Penſate qd
ipa pſe ṽitas dicit. Qd vni ex mi
nimis iſtis feciſtis. m̄ feciſtis. Ad
retribuēdũ g⁹ cur pigri eſtis q̃do
hoc qd iacēti i terra porrigitis ſe
dēti in celo datis. Sz hec oipotēs
deus q̃ p me in vr̃is aurib⁹ loquit
p ſe in vr̃is mentib⁹ loquat. Qui
viuit 7 regnat cũ pr̃e in unitate ſpũ
ſci de⁹ p oia ſecula ſeculoz. Amē.

Hic finiũt Homelie nũero. xl. ſci
gregorij pape ipreſſe Uenetijs p
Peregrinum de paſqualibus die
xiiij. Marcij. M. cccc. lxxxxiij.

FINIS

BIBLIOTECA MARES

Sau.

DIPUTACIÓ DE BARCELONA

Biblioteca de Catalunya

Reg. 478.581

Sig. Marés

Mar 254 - 8.º

BIBLIOTECA DE CATALUNYA

1001961171